ⲫⲏⲥⲓⲛⲣⲱⲕⲥ ⳿	Secuerunt ligna.	شقق حطبا
ⲫⲱⲛⲥ ⳿	Cor,	قلب
ϫⲟⲥ ⳿	Æmulati sunt.	تغايروا

ⲱⲁⲣⲡⲱⲕϩ	Vrunt, comburunt.	يحرقون
ⲫⲛⲁⲁⲣⲉϩ	Custodit, seruat	يحفظ
ϩⲟⲕϩ	Tonsio.	الجز القص
ϩⲁⲛⲛⲟϩ	Funes.	حبال
ⲭⲁⲭϩ	Alere, sustentare.	عال
ⲭⲟⲣⲭ	Deficiens, impotens.	ناقص عاجز

Nomina in X ⲭ desinentia

ⲁⲣⲕⲱⲣⲭ	Resecarunt	قطعوا
ⲁⲩⲉⲣⲥⲟⲩⲭ	Ignorarunt, stulti fuerunt.	جهلوا
ⲁⲩⲕⲱⲱⲕ	Abscinderunt,	قطعوا
ⲁⲩⲫⲏⲕ	Euulserunt,	قلعوا
ⲁⲩⲥⲱⲗⲭ	Deletio, abolitio, tersit, deleuit.	مسح محي
ⲁⲩϫⲓⲡⲉⲩⲱⲁⲩⲭ	Inclinauit aurem suam,	امال سمعه
ⲁⲩⲭⲱⲗⲭ	* * *	الغطيف
ⲁⲩⲫⲱⲣⲭ	Diuisit; rupit.	شق فلق
ⲉⲥⲟⲩⲭ	Dolo decipiens eum.	مغشاه
ⲉⲩⲭⲉⲙⲙⲉⲑⲛⲟⲩⲭ	Mendacium eius,	كذبه

ⲉⲧⲇⲱⲩϥ ⲛ	Perſecutores, hoſtes.	مطلبين
ⲉⲫⲉⲣⲉ ⲛ	Vt ſeparem, ſoluam,	لافرق
ⲉⲩⲃⲟⲏⲑⲉⲉ ⲛ	Adiuuit, auxiliatus eſt.	نصر
ⲉⲩⲇⲱⲇⲉ	Sanus, clarus.	صحيح
ⲗⲁⲭⲗⲉⲭ ⲛ	Humilitas.	تواضع
ⲙⲙⲁⲩⲉ ⲛ	Auris.	اذن
ⲙⲙⲟⲩⲥⲟⲩⲉ ⲛ	Aqua frigida,	ما بارد
ⲙⲙⲏⲡⲉⲣⲗⲉⲩⲉ ⲛ	Ne moleſti ſitis.	لاتعنتوا
ⲙⲙⲏⲡⲉⲣⲫⲏⲉ ⲛ		
ⲛⲁⲥⲕⲱⲗⲉ ⲛ	Ne prohibeatis.	لاتمنعوا
ⲛⲁⲩⲃⲱⲏⲉ ⲛ		
ⲛⲉⲩⲭⲓⲉ ⲛ	Incuruata erat.	كانت منحنية
ⲛⲉⲩⲥⲁⲗⲁⲭⲉ ⲛ	Supplicabat.	كان يضرع
ⲛⲉⲧⲉⲛⲙⲙⲁⲩⲉ ⲛ	Manus eius.	يديه
ⲛⲉⲩⲙⲙⲁⲩⲉ ⲛ	Pedes eius.	رجليه
ⲛⲉⲧⲉⲛⲥⲁⲗⲁⲭⲉ ⲛ	Aures veſtræ.	انا ذكم
ⲛⲉⲥⲙⲙⲟⲗⲉ ⲛ	Aures eius.	اذناه
ⲛⲏⲉⲧⲕⲱⲗⲉ ⲛ	Pedes veſtri,	ارجلكم
ⲛⲓⲥⲁⲗⲁⲭⲉ ⲛ	Propago eius..	فروعها
	Rami eius.	غصونها
ⲛⲓⲉⲛⲧⲏⲉ ⲛ	Peruerſi, torti, curui.	المعوجون
ⲛⲓⲫⲱⲣⲉ ⲛ		
ⲛⲛⲟⲩⲉ ⲛ	Plantæ, volæ pedũ,	الاقدام
	Diuiſio rimæ.	الفرقة
	Mendacium.	الكذب

ⲛⲇⲩⲍⲓⲍ ϯ	Manus eorum	ايديهم
ⲛⲇⲩⲥⲁⲗⲁⲩⲍ ϯ	Plantæ eorum.	اقدامهم
ⲛⲇⲩⲗⲗⲁⲩⲱⲍ ϯ	Aures eorum.	اذانهم
ⲛⲥⲇⲍ ϯ	Insanus, hebes, obtusus, stolidus.	أحمق
ⲛⲍⲱⲍ ϯ	Caput.	راس
ⲛⲥⲁⲍ ϯ	Passeres.	عصافير
ⲇⲩⲥⲁⲗⲗⲉⲃⲛⲇⲩⲍ ϯ	Mendax.	كذاب
ⲇⲩⲥⲏⲍ ϯ	Pullus,	جحش
ⲇⲩⲥⲟⲗⲇⲍ ϯ	Thalamus, lectus.	سرير
ⲇⲩⲥⲇⲍⲥⲉⲍ ϯ	Strictura, pressura.	شده ضايقه
ⲇⲩⲗⲗⲉⲧⲥⲇⲍ ϯ	Stultitia, ignorantia.	جهاله
ⲇⲩⲍⲓⲍ ϯ	Manus.	يد
ⲇⲩⲇⲍⲇⲩⲥⲍ ϯ	Conteruntur.	يترضرضون
ⲡⲉⲕⲥⲟⲗⲇⲍ ϯ	Lectus tuus.	سريرك
ⲡⲉⲩⲥⲟⲗⲇⲍ ϯ	Lectus eius.	سريره
ⲡⲉⲩⲗⲗⲁⲩⲱⲍ ϯ	Auris eius.	اذنه
ⲡⲉⲕⲁⲗⲱⲍ ϯ	Coxa tua, fœmur tuum.	فخذك
ⲡⲉⲩⲛⲇⲍ ϯ	Magnificaui eum.	عظمته
ⲡⲓⲥⲇⲍⲥⲉⲍ ϯ	Angustia, pressura.	الضيق
ⲡⲓⲥⲉⲗⲗⲍ ϯ	Acetum	الخل
ⲡⲓⲥⲇⲍ ϯ	Stultus.	الاخمق

ⲡⲓⲃⲓⲛⲉϩ ϯ	Paropsis, scutella, canistrum.	القصعة الطبق
ⲡⲓϩⲟⲣϩ ϯ	Venatio, priuatio.	الصيد
ⲡⲓⲥⲉⲧⲉⲃⲣⲏϩ ϯ	Fulgur.	البرق
ⲡⲓⲃⲉⲗϩ ϯ	Coxa, fœmur, perna.	الفخذ
ⲡⲓⲥⲟϩ ϯ	Morbi genus.	الضيع
ⲡⲓⲙⲙⲟⲩⲗⲟϩ ϯ	Pica.	الصدا
ⲡϩⲣⲟϩ ϯ	Semen, seminauit.	زرع
ⲧⲉϩⲓϩ ϯ	Manus mea.	يدي
ⲧⲉⲙⲙⲉⲩⲛⲟⲩϩ ϯ	Propinquitas mea.	كربي
ⲧⲉⲕⲥⲉϩⲗⲟϩ ϯ	Pedes tui.	رجلك
ⲧⲉⲥϩⲓϩ ϯ	Manus eius. fæm.	يدها
ϥⲱⲗϩ ϯ	Salus.	الخلاص
ϫⲉϩⲓϩ ϯ	Manus impositio,	وضع اليد
ϥⲥⲉϫⲥⲱϩ ϯ	Angustia.	ضيق
ϥⲥⲟⲗϩ ϯ	Dulcis, suauis,	حلو
ⲥⲟⲗϩ ϯ	Idem.	حلو
ⲥⲉⲙⲙϩ ϯ	Acetum.	خل
ϯⲥⲉϩⲗⲟϩ ϯ	Pes.	الرجل

Nomina in ⲧ desinentia.

ⲁ ⲥⲉⲉⲇⲟⲩⲧ ⳿	Vocaui, inuitaui.	دعوت
ⲁⲥⲉⲉⲛⲧ ⳿	Auernus, barathrum, infernus.	الجحيم
ⲁⲥⲉⲏⲧ ⳿	Mammillæ eius.	الاكلة
ⲁⲛⲛⲁⲥⲟⲩⲧ ⳿	Credimus	امنا
ⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲕⲱⲧ ⳿	Petitis.	تطلبون
ⲁⲣⲉⲧⲥⲱⲙⲧ ⳿	Non tu	ليست
ⲁⲥⲩⲙⲧ ⳿	Deleuit. f	مسحت محت
ⲁⲧⲉⲧⲉⲛⲕⲁⲧ ⳿	Intellexistis ?	افهمتم
ⲁⲧⲇⲧⲩⲧⲙⲁⲧ ⳿	Diuerti manum eius.	صادفت يده
ⲁⲧⲃⲱⲇⲟⲩⲧ ⳿	Congregati sunt	اجتمعوا
ⲁⲧⲉⲣⲥⲟⲩⲧ ⳿	Timuerunt (lati	خافوا
ⲁⲧⲱⲩⲓⲃⲧ ⳿	Mutauerunt, ęmu-	غيروا
ⲁⲩⲕⲱⲧ ⳿	Quæsiuit, petiuit	طلب
ⲁⲩⲥⲓⲧ ⳿	Seminauit	زرع
ⲁⲩⲉⲣⲥⲟⲧ ⳿	Timuit	خاف
ⲁⲩⲟⲩⲱⲥⲧ ⳿	Elongatus est	ابتعد
ⲁⲩⲧ ⳿	Dedit, tradidit	اعطا اسلم
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲏⲧ ⳿	Ex te	منك
ⲉⲃⲛⲁⲥⲁⲧ ⳿	Demittit se, descendit	ينحدر
ⲉⲃⲉⲉⲟⲥⲧ ⳿	Odio habet	يبغض
ⲉⲓⲉⲧ ⳿	Da	اعطي
ⲉⲕⲕⲁⲧ ⳿	Intellectum	متفهم

ⲉⲧⲥⲓⲛⲓ	Seminatores,	الزارع
ⲉⲧⲥⲁⲓⲛⲓⲙⲁⲓ	Qui in eo complacui mihi.	الذي به سررت
ⲉⲧⲥⲁⲥⲓ	Consolati.	المعزون
ⲉⲧⲣⲓ	Siccat.	يحارب
ⲉⲧⲣⲕⲱ	Petit.	يطلب
ⲉⲩⲇⲟⲩⲓ	Nocet, lædit.	يعجف
ⲥⲱⲇⲉ	Collige, colligite.	اجمع اجمعوا
ⲕⲱ	Petite, postulate.	اطلبوا
ⲙⲁⲣⲁⲥⲁⲓⲉⲙⲉⲇⲉ	Honora vocationem eius.	اكرم الدعاه
ⲙⲁⲣⲉⲩⲕⲁ	Intelligat.	فليفهم
ⲙⲁⲣⲥⲛⲇⲉ	Genitrix Dei.	والده الاله
ⲙⲁⲣⲙⲁ	Mysterium.	سر
ⲙⲉⲛ	Decem.	عشره
ⲙⲉⲇⲉ	Voca, f.	ادعى
ⲙⲉⲡⲉⲣⲉⲣⲥⲇⲉ	Ne timeas.	لاتخافي
ⲉⲙⲉⲡⲉⲩⲣⲏ	Sicut ipse.	مثله
ⲉⲙⲉⲡⲁⲣⲏ	Sicut ego.	مثلي
ⲉⲙⲉⲡⲉⲕⲣⲏ	Sicut tu.	مثلك
ⲉⲙⲉⲫⲣⲏ	Sicut, similitudo.	مثل
ⲛⲁⲫ	Deo.	لله
ⲛⲁⲛⲉ	Quam bonus es tu.	ما احسنك
ⲛⲁⲩⲕⲱ	Circumdabat.	كان يطوف
ⲛⲉⲛⲓⲇ	Patres nostri.	ابلونا
ⲛⲉⲩⲓⲇ	Patres eius.	اباوه
ⲛⲉⲩⲙⲉⲇ	Humerus eius	منكباه

ⲛⲉⲕⲕⲉⲗⲗⲟ	Humerus eius,f.	منكباها
ⲛⲏⲉⲧⲥⲓⲕⲓ	Genus monetæ.	الجباه
ⲛⲓⲥⲁⲗⲁ	Aues,volucres.	الطيور
ⲛⲓⲣⲱ	Semina.	الزروع
ⲛⲓⲟⲩⲟ	Olera.	البقول
ⲛⲓⲉⲉⲛⲟ	Vbera, mammæ.	الثدي الثديان
ⲛⲓⲫⲓ	* *	القسي
ⲛⲓⲉⲉⲉⲩⲱⲟ	Campi,terræ.	البقاع
ⲛⲓⲓⲱ	* * *	الاذريه
ⲛⲓⲉⲉⲉⲛⲣⲁ	Tabernacula, tuguria.	الاحبا
ⲛⲟⲩⲓⲟ	Patres eorum.	ابـــاوهم
ⲛⲟⲩⲃⲟⲓⲣⲏ	Species, modi.	انواع
ⲓⲣⲏ	Species.	نوع
ⲓⲛⲧⲉⲩⲛⲁⲥ	Vt credat.	ليومن
ⲓⲛⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲥ	Vt credant,	ليومنوا
ⲓⲛⲧⲟⲟⲩⲛⲁⲥ	Idem.	ليومنوا
ⲡⲛⲟⲩ	Deus.	الاه
ⲡⲛⲁⲓ	Magnus	عظيم
ⲡⲛⲁⲓ	Non	ليس
ⲡⲛⲥⲱ	Euasio,salus.	خلاص
ⲡⲛⲟⲩⲙⲛⲧⲁⲕⲱ	Et postula.	واطلب
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉⲛⲟⲩ	* * *	جنته
ⲛⲁⲓⲣⲏ	Sic, ita.	هكذا
ⲡⲁⲛⲟⲩ	Deus meus.	الاهي
ⲡⲁⲛⲁⲩ	Adiutor meus.	ناصري

ⲡⲉⲩⲣⲁⲥ ϯ	Mane, tempus matutinum.	الغد
ⲡⲉⲛⲛⲟⲩ ϯ	Deus noſter:	الهنا
ⲡⲉⲛⲁϩⲥ ϯ	Fides tua.	ايمانك
ⲡⲉⲧⲉⲛⲛⲁϩⲥ ϯ	Fides veſtra.	ايمانكم
ⲡⲓⲛⲟⲩⲉⲓ ϯ	Solatium, conſolatio.	العزا
ⲡⲓⲛⲓϣ ϯ	Magnus.	العظيم
ⲡⲓⲕⲁ ϯ	Intellectus.	الفهم
ⲡⲓϯⲉⲓⲁ ϯ	Beneplacitum,	المسره الانفاق
ⲡⲓⲉⲣⲡ ϯ	Lac, later.	اللبن
ⲡⲓϣⲓ ϯ	Vomitus.	القي
ⲡⲓⲥⲟⲛ ϯ	Nauicula:	الدرياق
ⲡⲓⲥⲁϩ ϯ	Flamma,	الوقيد
ⲡⲓϣⲟⲩ ϯ	Piſtor.	العجين
ⲛⲟⲩⲛⲁϩⲥ ϯ	Fides eorum.	ايمانهم
ⲡϣⲩⲧⲁ ϯ	Extremitas, ora, ſpiculum.	طرف
ⲡϯⲛⲟⲩⲉⲓ ϯ	Solatium.	عزا
ⲣⲁⲕⲟ ϯ	Alexandria:	الاسكندريه
ⲥⲉⲛⲁϩⲥ ϯ	Credent:	يومنون
ⲥⲉⲥⲓ ϯ	Seminant.	يزرعون
ⲥⲉⲛⲁϣⲩⲓϐ ϯ	Immutant.	يغيرون
ⲧⲁϩⲉⲥⲕⲟ ϯ	Drachma mea.	درهمى
ⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲓⲏ ϯ	Medius veſtrum.	وسطكم
ⲧⲉⲛⲁϩⲥ ϯ	Credentes, creditis.	تومنين
ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁϩⲥ ϯ	Credentes vos.	تومنون

ⲧⲉⲩⲥⲉⲛⲧ ⳋ	Fundamentum.	اساســـه
ⲧⲉⲧⲉⲛⲕⲱⲧ ⳋ	Postulabitis.	تطلبون
ⲧⲉⲩⲛⲉⲉⲃⲛⲟⲩ ⳋ	Diuinitas eius,	لاهوته
ⲧⲟⲩⲛⲉⲙ ⳋ	Medius eorum.	وسطهم
ⲧⲟⲩ ⳋ	Matrix, viscera.	رحم
ⲧⲥⲱⲃ ⳋ	Macies.	مخافه
ⲫⲏ ⳋ	Qui.	الذي
ⲫⲏⲉⲧⲕⲱⲧ ⳋ	Qui postulat.	الطالب
ⲫⲛⲁⲓ ⳋ	Locus prœlij belli.	موضع حرب
ⲫⲏ ⳋ	Deus.	الله الاه
ⲭⲛⲁⲥ ⳋ	Credes.	تومن
ⲱⲁⲩⲛⲉⲩⲟⲩ ⳋ	Inuocant.	يدعوا
ⲱⲁⲩ ⳋ	Dabit.	يعطي
ⲱⲟⲛ ⳋ	Spinæ, tribuli.	شوك سنطه
ⲩⲉⲉⲟⲥ ⳋ	Odio habet:	يبغض
ⲩⲕⲁⲃⲱⲟⲩ ⳋ	Colligit, congregat.	يجمع
ⲩⲛⲁⲕⲱ ⳋ	Petit, quærit.	يطلب
ⲩ ⳋ	Dat, tentat, probat.	يعطي يجرب
ⳇⲁⲛⲛⲟⲩ ⳋ	Magni.	اعظم
ⳇⲁⲛⲟⲩ ⳋ	Dij	الهه
ⳇⲁⲛⲩⲃⲟ ⳋ	Baculi, virgæ.	غصي
ⳇⲁⲛⲣⲉⲩⲛⲉⲩ ⳋ	Iugum eius.	الرقاه الحواه
ⳇⲱⲟⲩ ⳋ	Seculum.	لابد
ⲭⲉⲛⲛⲟⲩⲉ ⳋ	Confortate.	تقووا
ⲭⲉⲱⲩⲥⲫⲏⲓ ⳋ	Spumat.	يزبد

ⲍⲉⲕⲕⲓ† ⁘	Dragma, pecunia.	دراهم
ⲍⲫⲓⲉ† ⁘	Vixit, viuit	حيا
ⲟⲓⲃⲟ† ⁘	Reiecit eum.	رذله
†ⲃⲟⲛ† ⁘	Reiectio eius, taſtidium eius.	المقتاه
†ⲕⲓ† ⁘	Tributum, cenſus.	الجباه الجزيه
†ⲗⲉⲉⲧⲛⲓⲥⲩ† ⁘	Magnitudo.	العظمه
†ⲛⲁⲥ† ⁘	Fides, fidelitas.	الامانه
†ⲥⲉⲛ† ⁘	Fundamentum.	الاساس
†ⲭⲉ† ⁘	Alia.	الاخري
†ⲩⲱⲙ† ⁘	Lacus, ciſterna.	البير
†ⲥⲟⲩⲓ† ⁘	Prima,	الاولى
†ⲥⲱⲙ† ⁘	Tributum.	الجزيه
† † ⁘	Dabo, tentabo,	اعطي احارب

كامل بعون الله لـه المجد

FINIS.

Libri ex quibus huius Scalæ Vocabula decerpta sunt.

مزامير داود	*Psalmi Dauid.*	انجيل متي	*Euangelium Matthæi*
التوراه	*Pëtateuch°.*	مرقس	*Marci*
		لوقا	*Lucæ*
	Homiliæ.	يوحنا	*Ioannis*
يوم الاحد	*Primus dies.*	رساله روميه	*Epist: ad Rom:*
		قريثيه الاولى	*ad Corinth. 1.*
يوم الاثني	*feria secũda*	قريثيه الثانيه	*ad Corinth. 2.*
يوم الثلثه	*feria tertia*	غلاطيا	*ad Galatas*
يوم الاربعه	*feria quart.*	افسس	*ad Ephesios*
يوم الخميس	*feria quinta*	فلباسايس	*ad Philippenses*
يوم الجمعه	*feria sexta.*	قولاسايس	*ad Colossenses.*
يوم السبت	*Sabbathum*	تسالوذقي	*ad Thessalon.*
		العبرانه	*ad Hebræos*
	Lectiones.	ظيماثاوس	*ad Thimoth.*
		طيطس	*ad Titum*
يوم لاحد	*Prima dies.*	فيليمون	*ad Philemon.*
يوم الاثني	*secunda*	رساله بطرس	*Epist. Petri.*
يوم الثلثا	*tertia*	قداس لشماس	*Liturgia*
يوم الاربعا	*quarta*	قداس باسيليوس	*S. Basilij.*
يوم الخمس	*quinta*	قداس اغريغوريوس	*S. Gregorij.*
يوم الجمعه	*sexta*	قداس كيرلس	*S. Cyrilli.*
يوم السبت	*Sabbathi:*	الابركسيس	*Acta Apost.*

Prophanos Authores nullibi citatos inuenimus, quod data opera feciße videntur, vt alibi probamus.

وناقله المسكين العادم الدربه والنمكين الراهب الحقير
غبريال ابن الرشيد عرف بكاتب قطليك وكن الفراغ من
نقله بدير طمويه في يوم الجمعه الحادي العشرين من
شهر بابه سنه ستة وثلثين والف للشهدا الاطهار رزقنا
الله سفاعتهم امين ✡

✡ والمجد لله دايما ✡

Et transtulit eum pauper, humilis, indigens directione, monachus vilis, & abiectus Gabriel filius Arschid, cognitus in libro Kadlica, & fuit absoluta transtatio in Monasterio Thmui, die Veneris 21. die mensis Papa, alias Paaphi, anno 32. supra millesimum, Sanctorum Martyrum nostrorum: det nobis Deus suffragium, & intercessionem eorum. Amen. Et gloria Deo semper.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΣ ΚΙΡΧΕΡΟΣ



ROMAE, Apud Ludouicum Grignanum. MDCXLIII.
Superiorum permissu.

PRODROMI
ET LEXICI
COPTI
SVPPLEMENTVM.

SYNOPSIS CAPITVM SVPPLEMENTI.

I. De Literis, Lingua, & Libris Coptitarum.
II. De Patriarchis, eorumq. institutis.
III. De Nominibus Dei.
IV. De Computu Coptitarum, siue de Annis, & Mensibus Aegyptiorum.
V. De Aegyptiacis Stellarum appellationibus.
VI. De Ponderibus, & Mensuris veterum Aegyptiorum.
VII. De Plantis, & Herbis Aegyptiorum.
VIII. De Vrbibus Aegypti.
IX. De miscellaneis rerum appellationibus.
X. De Terminis Philosophicis veterum Aegyptiorum.

ATHANASII KIRCHERI
FVLDENSIS BVCHONII
E SOC. IESV.

PRODROMI ET LEXICI COPTI
SVPPLEMENTVM.
Decupartitum.

Quo

In vtroque vel omissa, vel obscuriùs tradita, Diatriba Pandecta, Scholijsq. noua eruditione refertis, eruuntur, atq. dilucidantur.

Ad reconditioris literaturæ eruditum Lectorem

Προοίμιον.

VETERVM *Aegyptiorum adagium erat,* ⲫⲑⲁⲓ ⲛⲧⲟⲕ ⲁⲛⲥⲁⲗⲉ, *quod Suidas hisce verbis explicat,* Φθαὶ σοὶ λελάληκε. *Phtas tibi locutus est, omnibus ijs, qui vel recondita eruebant, aut eruta, incerta adhuc, & dubia, nouis identidem inuentionibus, & ab Oraculo Tautico extortis responsis illustrabant, applicatũ; Vsu enim, & experientia, complura, successu temporũ, abdita prius sagaciũ virorũ industria erui, artesq. ad eam professionem indefessa Sapientum indagine perduci videmus, vt non immeritò Phtas illis (si ita loqui fas sit) locutus videatur, id cum innumeræ illustrissimorum Scriptorum* αἰωνόψηφος καὶ ἀθανάτου μνήμης, *tum opus hoc linguæ Aegyptiacæ Restitutæ, sicuti & Hieroglyphica veterum disciplina, in qua restituenda, multorum iã annorũ labore desudamus, luculenter sanè demonstrant. Siquidem*

multa communis illa & insignis magistra, experientia inquam docuit, vsusq. rerum, quas tractamus difficillimarũ, siue labore improbo omnia vincente; siue æstuantis ingenij, atq. ad inaccessa hucusque mysteria exploranda curiosi sollicitudine, ea sanè facilia reddidit, quæ omnem prius humani ingenij capacitatem excedere videbantur; ita vsus, ætas, ratio scilicet, semper aliquid apportant noui, fiuntq. vulgato Prouerbio

δὶς τέρας φρονεῖ ὁ σοφώτερος

Nam præter insignem Orientalium Scriptorum, quam interim nactus sum suppellectilem, commercium quoque, quod Peirescij κατ' εἰτ ductu in Aegypto iam instituera m, hic Romæ, nescio qua mea fortuna in Coptitas ipsos incidi, quorum vnus, præter linguæ, rerumque Aegyptiacarum peritiam, idioma quoque, atque adeò totius literaturæ Arabicæ arcana in summa perfectione tenebat, à quo & multa non exigui momenti, sine quibus hæc mea Aegyptiaca molimina mutila, mancaque meritò manerent, didici; quem & ad maiorem rerum Aegyptiacarum informationem omnium auxilio destitutum, in Amanuensem Arabico-Coptum, nescio maiorine mea fortuna, an eiusdem commodo susceptum aliquandiu alui; reuersus is demum in Aegyptum, vbi sedulam operam se daturum promisit, vt quæ instituto meo deseruire possint, summa diligentia indaget, indagataque Romam transmittat.

Cum igitur in huius Lexici decursu, ingenuitatem in omnibus sectantes, nudique interpretis officio functi, verba verbis sine vlla paraphrasi, verborumque ambagibus reddere conati fuerimus; multaque adeò longiori descriptione, vt ab obscuritate sua vindicentur, indigeant: multa quoque prius vti in Prodromo Copto; sic & in hoc Lexico, aut non benè intellecta, aut frequenti cum Exteris communicatione, atque exacta discussione adhibita, planiora compererimus, visum fuit hoc loco ea præsertim, quæ cum in Prodromo, tum Lexico obscurius reddita, aut in veterum Authorum monumentis explicatione digna occurrerunt, fusiori interpretatione seorsim ad meliorem rerum intelligentiam

expla-

explanare ; atque hoc ipso specimine dato, quantum ad hieroglyphicam literaturam hoc Lexicon Coptum momenti sit, quantumque ad eamdem penetrandam, subsidij conferat, hoc veluti apparatu quodam ad secutura demonstrare. Quo quidem futurum spero, vt Lector dubius perplexusque quo refugiat habeat: ne verò in opere, ex se, & sua natura obscuro ἀμεθόδως procedamus. Totum tractatum in certa Capita dispertiri visum est. Sed iam rem ab ouo ordiamur.

CAPVT I.

De Literis, Lingua, & Libris Coptitarum.

HABENT Coptitæ in vniuersum literas xxxij. quarum figuras, nomina, potestates, in fronte huius Operis præfixas contemplare, atque hisce Alphabetum suum conflant, quod quidem cum veterum Aegyptiorum alphabeto idem, si paucas literas dempseris, esse in Prodromo ostensum est. Quemadmodum verò prisci Hebræi alpha betum suum disponere solebant, vt ipsæ literæ sua mystica constarent significatione, & elementa literarum, rerum omnium ostenderent elementa, vti in Hebræorum Cabala fusè explanabit Oedipus; ita Aegyptij veteres degeneres cæteroquin à vera Hebræorum propagine, proauorum tamen, vnde descenderant, veluti Simiæ, eo suas literas ordine disposuerũt, vt literarum, characterumq. figuræ diuersæ quidẽ essent; significatio autem cum Hebræis in omnibus esset arcanorum prorsus analoga. Hosce veteres mystagogos secuti sunt posteriores Coptitę, qui retento alphabeto veterũ, parallela quadam ratione multa sanè quæ sacrosanctæ Fidei nostræ mysteria concernunt; sub huiusmodi literarum figuris, numeris, & mysticis significationibus ita abdiderunt, vt hoc ipso priscam illam Hierophanticam sapientiam in omnibus se affectasse innuerint, quod & Magnus ille Dionysius Areopagita, in mysticis suis libris de Diuin.nom.c.9.totus, si ita loqui fas est, ἱεροφαντίζων, hisce & similibus verbis passim indicat; τῷ ψυχῷ σωματοειδῆς διάπλασιν, καὶ κεφαλὴν μὲν τὸν νοῦν αὐχένα τῷ δόξαν, στῆθος τὸν θυμὸν πλευρὰς δὲ τῷ ἐπιθυμίαν, σκέλη δὲ καὶ πόδας τῷ φύσιν ἐλέγομεν Mentem, scilicet, respondere capiti, opinionem ceruici, pectori animum, cupiditatem veteri, crura verò & pedes naturam denotare. Quæ omnia ex mente Aegyptiorum Hierophantarum dicta in Oedipo Tract. de Hieroglyphicis partium humani corporis symbolis fusè ostendemus.

Quid aliud baculus ille Tauticus Sancti Antonij manibus in similitudinem T literæ efformatus denotat, nisi Ansatam illam Serapidis Crucem, salutis normã, rectitudinis symbolum, & futuræ veluti vitæ mysticam tesseram, de quibus Prodromum fusius tractantem consule.

Siquidem Characteres hosce mysticos veterum, cũ primi illi Aegypt. Pa-

Patres insigni rerum diuinarum notitia instructi considerantes magnam cum nostris fidei mysterijs affinitatem habere deprehenderent, eos in vsum quoque sacris suis studijs, quibus vnicè incumbebant congruum conuerterunt. Atque hoc ita esse satis, superque demonstrant Epistolæ quædam S. Pachomij, & Theodori eius discipuli, quorum meminit Gennadius Massilienſis scriptor peruetus, ad diuersa Aegypti Monasteria exaratæ, quas non ita pridem detectas, prø suo erga Rempublicam literariam affectu, mihi communicauit insignis ille Lucas Holstenius philologus clarissimus: in quibus veterum scribendi rationem prorsus obseruare videtur, dum nunc latentis arcana diuinitatis: nunc occultum animorum cum Deo nexum, nunc vitæ sanctè, beatèq. instituendæ rationē abstrusissimis sanè metaphoris, paraboliſque intricatissimis nunc ex forma, & figura literarum, iam ex numeris sub eo latentibus, subinde ex ipsa litterarum significatione desumptis, ita appositè describit, vt Aegyptiorum Hierophantam, seu Pythagoram quendam Samium, sua eructantem symbola te legere diceres. Meminit huius arcanæ scribendi rationis S. Cyrillus in quadam epist. ad S. Leonem Papam, & Sozomenus lib. 3. hist. Eccles. c. 23. vbi ait in tabula Pachomij, quam ab Angelo accepisse fertur, scriptū fuisse: Πᾶσαν δὲ τὴν συνοικίαν εἰς ἑξηκοντέσσαρα τάγματα διελὼν κ) ἐπονομάσας ταῦτα τοῖς ἑλλιώων στοιχείοις. καὶ ὅπως ἔχῃ βίβλος κ) ἡ θύρα ἑκάστου τάγματος τὴν προσηγορίαν ἐφαρμόσαι ἕκαστον ἀπλουστέροις μὲν ἀποκαλοῦντας, σπουδαίοις δὲ ζ, ἢ ξ, καὶ ἄλλοις κατὰς ἐκλαμβάνῃ δ' ἕκαστος ὁποῖος ἐστὶν ὁ χῆμα τοῦ γράμματος τῷ προαιρέσιν τοῦ τάγματος. totum conuentum in 24. classes iussu Angeli distinctum esse, & singulas classes singulis litteris Græcis vocatas: iussisse quoque, vt v.g. simpliciores vocarentur α. vel ι, Vafri autem seu versipelles ζ, vel ξ, vt alij aliarum litterarū notis appellarentur. Prout forma literæ rationem vitæ classis cuiusuis aptè videretur exprimere.] In vita S. Pachomij ita legitur: Præceptum quoq. erat, vt iuxta numerum elementorum, & Gtæcarum literarum, viginti-quatuor Monachorum turmæ constituerentur, ita vt singulis turmis imponerentur singularum nomina literarum, ideſt ab α, & deinceps vsque ad ω, vt cum interrogaret quis Archimandritā de aliquo, in multitudine tanta, facili responsione cognoscerer. V. g. cum diceret qualis esset α, vel ζ, & rursus λ, vel ϱ, vel σ, proprio quodam signo nominis literę, vniuscuiusque turmæ mores exprimeret, simplicioribus, & innocentioribus ι ϵ nomen imponens; difficilioribus autem, & tortuosis ξ, competenter accommodans; ita vt pro modo conuersationis, & præcepti,

pti, singulis turmis, literarum elementa concinnarent: solis spiritualibus hæc ipsa quæ significarentur scire valentibus.]Verũ, vt Lector aliquod saltem huius reconditæ scriptionis, eiusque solutionis specimen videat; visum fuit hic vnicũ tantum paradigma proponere: quod ex prima Sancti Pachomij Epistola decerpsimus: sic enim in quadam Epistola ad Cornelium Archimandritam Monasterij Mochanzæ scribit Pachomius. Fac opus Iauda ⲓⲁⲩⲇⲁ, Pone Delda ⲇⲁⲗⲇⲁ ante oculos tuos, vt bene sit animæ tuæ. Cane ⲕⲱ, ne forte sæculum tibi cantet ⲥⲱ ϯ Ne obliuiscaris Kalendarum, &c. Numquid Kalendæ sunt ϯⲁⲑ; ⲡⲁϯⲁ Pascha, & sic de alijs; quæ nos subsidio linguæ Coptę ita interpretamur.

Dum igitur in Epistolis suis dicit Abbas Pachomius (opus fac Iaudæ) vir Sanctus nihil aliud intelligit, nisi quod ei, qui ad eminentem vitæ religiosæ statum vocatus est, omnia in simplicitate, & sinceritate, cum intentione recta sine vllo ad proprium commodum, vtilitatemque respectu peragẽda sint. Quod enim μέτας inter numeros, id Iota inter literas Aegyptiacas, è qua, veluti omnium minima, cæteræ omnes literę componuntur; ita sincera, & recta intentio, humiliſq. coram Deo conuersatio, cæterarum actionum, operationumq. altissimarum in spirituali ædificio adhibendarum primum veluti fundamentum est, cætera omnia componens. Vnde non immeritò pueris id Sanctus vir applicabat, qui cum impolluti ab hoc sęculo, nihil adhuc ex falsis mundanarum rerum illecebris gustauerint, omnia, puro naturæ instinctu, sine vllo dolo, fuco, ac præposterę intentionis versutia peragere solent; cum præterea Iota lingua Agyptiaca, nihil aliud, quam paruulum denotet, an non appositè ad illud cælestis Magistri epiphonema. nisi efficiamini, vt paruuli, non intrabitis in regnum cælorum, alludit? atque hoc primum est, quod tamen fusius alijs enodandum relinquo.

Cum porrò in eadem Epistola dicit (pone Δ ante oculos tuos, vt bene sit animæ tuæ.) nihil aliud denotare videtur, nisi perfectam diuinarum virtutum imitationem, iuxta illud: Estote perfecti, sicuti Pater vester cælestis perfectus est; quod fit per vnionem illam, conformitatemque intellectus, voluntatisque nostræ cum diuina. Cum enim, Platone teste, Δ figurarum omnium prima sit, quod reliquas omnes figuras, ideſt, omnium entium perfectiones, quæ sunt veluti numeri quidam, & figu

ræ

ræ componat, & in quam omnes resoluantur; certè summa ratione à priscis Patribus id pro diuinæ essentiæ symbolo, diuinarumque perfectionum, emanationumq. archetypo assumptum fuit: vti fusius in nostra Geometria hieroglyphica, ostendetur.

Δ igitur ante oculos ponendum est, ideſt, diuinarum perfectionum speculum, & iuxta id reliquæ omnes operationes ordinandæ, vt bene sit animæ: vt nimirum per continuam eius contemplationem mereantur fieri conformes imaginis filij sui. Siquidem nihil dignius esse potest, quam vt homo conditoris sui sit imitator, & secundum modum propriæ facultatis executor: vt pulchrè demonstrat Angelicus Doctor opusc. 65.

Cum porrò sinceris Dei seruis corruptibilis carnis pondere pressis, necdum ad stabilem illam æternę beatitudinis, perfectæque vnionis cũ Deo connexionem ascendere liceat, hinc canendum κω, suadet ne sæculum impudentissimum ιω, ipsis canat, est autem κω, in lingua Aegyptiaca nihil aliud nisi vox lugentis, sicuti ιω, vox intensè gaudentis, dum per continuos gemitus, & lachrymas ad dilecti præsentiã, & intuitiuã fruitionẽ adspirant, dum omnia huius mundi arbitrantur vt stercora, dũmodo Christum lucrifaciant, iuxta illud cęlestis Magistri: *sed quia hæc locutus sum vobis, Tristitia impleuit cor vestrum, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium*, videlicet vbi post ærumnosam huius vitæ vsuram, veræ, & æternæ beatitudinis centrum fueritis consecuti.

Per Kalendas intelligit vocationem ad statum religiosum ex sęculari conuersatione: dicebatur autem Kalenda, eo quod Kalendis mensium, siue prima die vniuscuiusque mensis, memoria huius tam insignis beneficij celebraretur; quam consuetudinem adhuc in Aegyptiacis monasterijs vigere audio; vocatque T, eo quod huiusmodi vocatio, salutis, quã T notat, pignus quoddã, & signaculum sit, quo filij Dei, & commensales Christi distinguerentur à filijs tenebrarum mundi huius. Per H, heta autem Pascha illud intelligit, quo in Regno cælorum amici Dei edent, & bibent super mensam Christi, replebunturque ab vbertate domus Dei; & torrente voluptatis potabuntur, videlicet in beatissimis illis ęternitatis atrijs. Atque hęc sunt, quæ breuiter Lectori circa mysticas literas S. Pachomij indicare volui, certè ipsa genuina verba libenter hoc loco apponerem. Verum cum plura ęę pręsupponant ad mysticum Alphabetum, characterumque arcanorum rationes spectantia, quam, vt hoc loco vbi quantum fieri potest succincti esse conamur, pro temporis angustia tractari queant, ne res ex se, & sua natura obscuras coacta quadam breuitate

tate, maiori caligine inuolueremus, ea consultius Oedipo illi nostro fido ænigmatum interpreti reseruare visum est; vbi absconditos harum Epistolarum thesauros, Dei gratia nos integrè eruturos confidimus.

De literis igitur nūc ad ipsam linguā Coptitarum transeamus, de cuius Ethymo cū satis superq. in Prodromo tractatum sit; id tantum breuiter hoc loco discutiendū restat; Vtrū lingua Græca ab ipsis Aegypt. processerit, vtrum non? Certè literas ab Aegyptijs primum per Cadmum ad Græcos translatas, ex Herodoto in Terpsichore, & Timone patet; quę & ideo Φοινικικα γεγραμματα Κάδμου dicuntur: vnde, & consensus ille vetustissimus totius Græciæ saris conuincit literas à Cadmo Græcos accepisse, neque causa est, cur rem tam manifestam, aut negemus, aut Zetzæ neganti assentiamur, qui duplici argumento probare nititur, Græcos ante Cadmum literas habuisse priores, quod oraculum redditum fuerit Cadmo φεύγειν δὴ τὸν μῆδον Ἀγλαώρεος ἔκγονε Κάδμος; Altero argumento, quod Bellerephon antiquior Cadmo scriptas tabellas de sua cæde attulit; vtrumque argumentum futile est, & à Poetis vtrumque fictum. Quare Cadmææ literæ vocatæ, si Cadmo authori acceptæ non referuntur? Et si Cadmus author est, aut saltem primus doctor, & index earum in Græcia, quomodo ante Cadmum literas habuere Græci, cum vetustiores nusquam repertæ sint in veterum monumentis, quam eæ, quæ Καδμεῖα γεγράμματα vocabantur; quibus omnibus subscribit Clemēs Alexandrinus lib. 1. Strom. Κάδμος δὲ Φοινίξιν ὁ τῶν γεγραμμάτων ἑλλησιν εὑρέτης, ὡς φησὶν Ἔφορος. Vnde etiam Herodotus scribit literas fuisse vocatas Phœnicias: fuisse autem Cadmum, & Phœnicem Aegyptios, S. Hieronymus testatur, temporibus videlicet Iosue, Cadmum, vnà cum fratre Phœnice Thebis Agyptiorum, vnde oriundi erant, in Syriam profectum fuisse. vt verisimile sit tempore Othonielis è Phœnicia in Græciam veniisse, atq. ibi in memoriam Thebarum Aegyptiarum, Thebas Bœotias cōdidisse relicta fratri Phœnici Phœnicia, à quo & nomen obtinuit. Aegyptij autem viri literas alias, quam quas à puero in Aegypto didicerant tradere non potuere. Cadmum igitur fuisse primum illum qui Græcos literis Aegyptijs perfectè imbuit, nulli dubium esse debet. Fuisse autem ante Cadmum semen quoddam, seu rudimentum aliquod harum literarum non tamen à Palamede, aut Bellerophonte, vt multi perperam coniciunt; sed à primo Athenienſium Rege Cecrope iactum, (vnde fabula postea emerserit literas Græcos habuisse ante Cadmum) verisimile est, siquidem Cecrops & ipse Aegyptius, Cadmo vno ferè sæculo antiquior

&

& Mosi, teste Eusebio, συγχρονος, ideo Tetza teste διφυὴς dictus fuit. quod Græcam, & Aegyptiacam linguam ex æquo calleret; hunc etiam βιβλιοτροφίαν ex Aegypto in Græciam, vnà cum alijs cerimonijs transtulisse, author est Pausanias; de quo & Tetzes ita canit:

Πρῶτος ἁπάντων Ἀττικῆς ὁ Κεκροψ βασιλεὺς
ὁ πρῶτος ὁ καλούμενος καὶ διφυὴς τὸ πρὶν
ἢ ὅτι μέγεθος ἀνδρῶν δύο πρὸς μῆκος εἶχεν
. ἢ ὡς Ἑλλάδος ἐμπείρως καὶ Αἰγυπτίας γλώσσης.

Primus omnium Attica Cecrops Rex, & primus, qui vocatur διφυὴς, *eo quod magnitudinem virorum duorum in longũ haberet, & quod Græcæ, & Aegyptiacæ linguæ peritus esset.*

Literas igitur Græcas ab Aegyptijs primùm profectas, ex dictis patet, de quibus in Oedipo fusissimè. Vtrum autem lingua Græca quoque ab Aegyptia processerit, meritò quispiam dubitare posset, affirmatiuam in Prodromo, capite 4. asserueram. Verùm quotidiana experientia instructior tandem comperi, linguam Aegyptiam ex matribus vnam ἀνπγρίνῃ cum nulla alia, affinitatem, quantum quidem ex idiotismo, coniugatione, & inclinatione nominum colligere licuit, habere; neque nos mouere debent vocabula ἑλληνισμὸν redolentia, voces que Græcanicæ passim in Lexico occurrentes. Siquidem huiusmodi vocum cum Copticis vocabulis commistionem primùm Alexandri Magni, & reliquorũ ex Ptolemaica stirpe prodeuntium Regum Aegypto potiuntium temporibus, ex frequenti, quod ipsis cum Græcis vltro, citroq. comeantibus trecentorum, & amplius annorum spacio intercedebat commercio contigisse, in Oedipo fusè docemus, & Coptitæ circa id à me consulti id ipsum affirmant.

Non itaque verba mea in Prodromo Copto hoc sensu intelligi velim, quasi asseuerem, Græcam linguam ad Aegyptiam ea se ratione habere vt Chaldæa, v.g. lingua ad Hebræam, aut Italica ad Latinam, sicuti quidã opinati sunt. quarum hanc Latinæ, illam Hebraicæ linguę filiam esse, nemo nisi dictarum linguarum imperitus inficiabitur: non enim sentio Græcam ab Aegyptia originem suam immediatè traxisse; multo minus Græcam linguam, Aegyptiam corruptam dicendam arbitrer. Sed totã similitudinẽ vtriusq. ad inuicẽ ex vocum cõmistione, vt dixi, cõtigisse is nouerit, qui vnam cũ altera ἀκριβείας cõtulerit. Possunt enim aliquæ linguę ijsdem vocib. alteri linguę vsitatis vti, etiãsi ipsę quoad substantiã toto, vt aiunt, cælo discrepent; ita Germanica multas voces Latinas, Italicas,

licas, Gallicas suis interserit; Latina quoque Græca vocabula libens suscipit, cum tamen vtraque diuersissima sit ab ijs linguis, à quibus mutuatur, quæ fusius alibi tractata reperies. Quin & lingua Copta non Græcis tantum vocabulis, sed & Latinis, & Arabicis, Hebraicis, Samaritanisque, ex vicinarum, vt reor, nationum consortio vtitur, quæ omnia Lexicon hoc nostrum per sequentia paradigmata declarat.

Ab Hebræis mutuatæ hæ Coptæ voces.

חמר	Ghomer.	ⲛⲓⲕⲟⲙⲉⲣ
סקל	Siclus.	ⲥⲉⲕⲗⲟⲥ
כר	Corus.	ⲛⲓⲕⲟⲣⲟⲥ
כור	Regio.	ϫⲱⲣⲁ
תימן	Auster.	ⲧⲉⲓⲙⲁⲛ

A Samaritanis hæc mutuo accepit.

ⲙⲁⲗⲉⲁ	Creauit.	ⲧⲁⲗⲉⲉⲍ
ⲛⲁⲃⲗⲟⲙ	Nablum.	ⲛⲁⲃⲗⲁ
ⲗⲓⲃⲁ	Libra.	ⲗⲓⲃⲁⲣⲁ
ⲃⲁ	Bathus.	ⲛⲓⲃⲁⲧⲟⲥ

Coptitę à Latinis sequentes.

ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ	Dux.
ⲡⲓⲡⲣⲉⲧⲱⲣⲓⲟⲛ	Prætorium.
ⲡⲓⲕⲟⲩⲣⲁⲧⲱⲣ	Procurator.
ⲧϩⲕⲉⲗⲗⲏ	Cella
ⲕⲁⲥⲧⲣⲟⲛ	Castrum.
ⲛⲓⲥⲕⲁⲗⲁ	Scala.

Ce-

Coptitæ ab Arabibus has sequentes.

ⲧⲱⲙⲟⲥ	Tomus.	الطومس
ⲭⲁⲣⲧⲏⲥ	Charta.	القرطس
ⲉⲛⲧⲁⲛⲁⲣⲓⲟⲥ	Centenarius.	القندار
ⲕⲁⲣⲧⲁⲗⲗⲟⲥ	Cartallus.	القرطال
ⲧⲁⲱⲟⲩ	Pauo.	الطووس
ⲧⲱⲙⲁⲣⲓⲟⲛ	Codex rationũ.	الطومار

Et sic dc cæteris quamplurimis, quæ in hoc opere passim occurrerunt, statuendum est. Manet igitur, linguam Aegyptiam, excepto charactere, toto cælo à Græca diuersam esse. Restat hoc loco dilucidandum, quomodo hæc lingua apud solos Coptitas manserit; contigit id ea quæ sequitur, relatione Coptitarum. Linguam Coptam, videlicet, maximè floruisse tempore Sestris, ideſt Sesostris Regis Aegypti, eam verò declinasse in occasum post Cambysis, vti in vniuersam Aegyptum sibi subiugatam, ita & in antiquitatum, literarumq. monumenta sæuientis tyrannidem, atque hanc fuisse primam cladem; Altera clades, quæ ab hominum memoria eam pęnè aboleuit, fuit Græcorum in Aegyptios imperium, nobilissimæq. Bibliothecæ Alexandrinæ per incendium omnibus sæculis deplorandum interitus, quo præstantissimorum lingua Copta conscriptorum Codicum, innumera perierunt exemplaria, nec quicquam remansit deinde, nisi paucula inter Sacerdotes, & patriorum rituum sectatores quædam veluti assumenta ex tam celebri naufragio relicta. Deficientibus verò paulatim Sacerdotibus, ritibusque Aegyptijs, ita quoque hæc lingua paulatim defecit, vt vix eiusdem vestigium amplius supereſſe videretur; donec post salutiferum Christi aduentum, Gentiles Aegyptij luce sacri Euangelij illustrati, relictas veluti tabulas, patriæ inquam linguæ fragmenta colligentes, vt potuerunt, in integrum, ne lingua primæua, ac tot, tantisque Sapientiæ notis insignita prorsus pessum iret, restituere conati sunt, quam & in almum doctrinalium idiomatum referentes, ea in Sacris, Ecclesiasticisque codicibus conscribendis imposterum vsi sunt. Cur verò solam Coptam, non Arabicam, aut Græcam in sacrorum vsum reseruauerint, causa fuit, partim summa

erga

erga patrium idioma affectio, partim vt hac lingua natiua Ecclesia Aegyptiaca à cæteris Ecclesijs Orientalium, veluti nota quadam distingueretur, neue Christianæ fidei mysteria, ab infidelibus contaminarentur, ea sub lingua propria consultò abdere visum fuit. Quod & Syros Maronitas in hunc diem charactere suo (*Karsuni*) facere notius est, quam dici debeat. Porrò vtrum hodierna die Priscorum adhuc codices veteri hac lingua de profana literatura tractantes supersint, meritò quispiam dubitare posset; certè vti nulla res me tam dubium perplexumque tenuit, quam hoc ipsum, ita nihil maiori quoque cura, & diligentia inquisisse me memini; quo æstuantis ingenij fluctuatione id tandem consecutus videor, vt curioso Lectori aliquid iam certi me adferre posse confidam. Nam huiusmodi veterum vetere lingua conscriptorum codicũ exemplaria in Aegypto adhuc supereſſe, præterquam, quod frequenti cum Aegyptijs commercio mihi innotuerit; vel ipsa Scala magna sat superque testatur, in quo omnium rerum ad Theologiam, Medicinam, Physicam, Mathematicam, aliarumque artium, ac scientiarum professionem spectantes nomenclaturæ scitissimè dum proponuntur, eos non à Coptitis excogitatas, sed ex ipsis veternm Auctorum autographis excerptas certius est, quam dici debeat. Quin & Catalogus paucorum quorumdam, vna cum Cathalogo Patriarcharum, è celebrioribus Aegypti potissimum ex Medrase Cayri Bibliophylacio, extractus, & Romam à Peirescio ante septem circiter annos transmissus, sufficienter declarat. Verum, vt curiosis Antiquitatum studiosis aliquam ad inaccessos huiusmodi librorum thesauros inquirendos occasionem præberem, hic eorum titulos à me è Copto traductos, subnectendos duxi. Auctorum, vt plerumque in Orientalium monumentis fieri consueuit (est enim proprium Coptitarum prophanorum Auctorum nomina silere) nomina non inueni adiuncta, sed librorum titulos tantum, vt de quibus singuli tractant, Lectori innotescerent, excerptos.

SY-

SYNOPSIS

Librorum Copta Lingua conscriptorum, qui in celebrioribus Aegypti Bibliothecis, tum potissimum Cayri, vulgo Madrase, adhuc supersunt.

I. ⲧⲉⲛⲛⲓⲕⲟⲥⲙⲓⲟⲥ ⲉⲧⲥⲁⲛⲱⲱⲙⲓ ⲛⲉⲙⲙⲁⲧⲁⲍⲓⲥ ⸗

idest, De Mundo superiori, & eius ordine.

II. ⲧⲉⲛϥⲩⲥⲓⲥ ⲛⲉⲙⲙⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙⲙⲟⲩϩⲩⲥⲓⲥ ⸗

idest, De Deo, & Angelis, eorumq. natura.

III. ⲧⲉⲑⲣⲏⲥⲕⲓⲁ ⲛⲧⲉⲡⲓⲡⲁⲗⲁⲓⲟⲥ ⲛⲓⲁⲓⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ ⸗

idest, De Religione veterum Aegyptiorum.

IV. ⲧⲉⲛⲓⲁⲉⲙⲟⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙⲙⲟⲩⲧⲁⲅⲙⲁ ⲉⲃⲟⲗⲛⲓ ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⸗

idest, De Dæmonibus, eorumque officio, & ordine in mundo.

V. ⲧⲉⲛϥⲩⲥⲓⲥ ⲛⲧⲉⲡⲓⲕⲉⲓⲙⲓ ⸗

idest, De Natura Fluminis Nili.

VI. ⲧⲉⲛⲛⲓⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛϫⲏⲙⲓ ⸗

idest, De Nomis Agypti.

VII. ⲧⲉⲛⲛⲓⲥⲧⲉⲣⲉⲱⲙⲁ ⲛⲉⲙⲙⲉⲩⲡⲁⲣⲁⲇⲟⲥ ⲛⲉⲙⲙⲁ ⲛⲉⲩⲉⲙⲃⲱⲥ ⸗

idest, De 12. signis Zodiaci, & de Influëtijs eorũ.

VIII. ⲧⲉⲛⲛⲓⲉⲓⲟⲛⲏ ⲛⲧⲉϥⲙⲉⲧⲓⲟⲥ ⸗

idest, De Mansionibus Lunæ:

IX. ⲧⲉⲛⲛⲓⲣⲉⲩⲱⲓ ⲛⲉⲙⲙⲓⲣⲉⲩⲟⲩⲱⲧϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲛⲧⲁⲗⲉⲥ ⲛⲉⲙⲙⲧⲣⲉⲛⲏ ⸗

idest, De Ponderibus, & Mensuris, tam nouis; quam antiquis.

X.

X. ϯⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲭⲏⲙⲓ ⲛⲉⲙⲛⲉⲥⲁⲃⲉⲩ ⲛⲉⲙⲛⲓⲃⲩⲣⲟϥ

ideſt, Hiſtoria Aegypti, & Regum eius, & Sapientum eius.

XI. ⲙⲡⲉⲣϣⲏⲓⲛⲧⲉⲩⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲧⲉⲭⲏⲙⲓ ϯ

ideſt, Hiſtoria Animalium Aegypti.

XII. ϯⲉⲛⲛⲓⲁⲃⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲩⲡⲧⲓⲟⲥ ϯ

ideſt, De Menſibus Aegyptiorum,

XIII. ⲙⲡⲉⲣϣⲏⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓϣⲱϣⲛⲓ ⲛⲉⲙⲛⲓⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲛⲉⲙⲛⲓϩⲣⲏⲓ ϯ

ideſt, Hiſtoria Plantarum, Florum, Fructuum.

XIV. ϯⲉⲛⲛⲓϩⲩⲣⲟⲥ ⲛⲉⲙⲛⲓⲥⲃⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲛⲉⲙⲛⲓ ⲧⲣⲁϩⲟⲥ ϯ

ideſt, De omni genere Seminum, & Aromatum, vſibuſque in ſacris.

Atque hi ſunt Tituli Librorum, de varijs materijs tractantium, quæ in Madraſe Cayri adhuc ſuperſunt, quæ omnia confirmat P. Ioſephus Marcellaia è Societate noſtra Sacerdos, mihique curioſiùs inquirenti, non ſemel retulit Melitæ, ſedum in Aegypto degeret, hanc Bibliothecam luſtraſſe, multaque millia MMSS. comperiſſe, quos tanta cuſtodiunt cura, vt nullo ſub pœna capitis indè librum extrahere liceat, addit quoque ſe inter cætera admiratum eſſe certos quoſdam papyraceos codices, ſeu hieroglyphicos, ijs figuris, quæ in Obeliſcis Romanis conſpiciuntur conſcriptos; & quamuis Turcæ nullam ferè, ſi Alchoranum excipias, librorum curam ſuſcipiant, horum tamen ob antiquitatem, magnam curam haberi. Audiui à diuerſis in Materea, vicino Cayro, vico, aliam aſſeruari Bibliothecam. Verum cum hic locus vix habitatus ſit, nullam relationi fidem adhibeo, ſed, vt poſtea intellexi cum exteri paſſim confundunt Matheream cum Madraſe, facilè poſtea Europæis falſus rumor de Bibliotheca Matherea Aegypti innoteſcere potuit, quod hic adiungo, vt quid referentibus, de Bibliotheca memoratæ credendū ſit, habeat Lector. Multa porrò alia ad rem Eccleſiaſticam

ſpe-

spectantia huic catalogo, ibi contenta, iungi poterant, vti sunt S. Script. Liturgiæ, Concilia, Commentaria in sacram Scripturam, Martyrologia, Orationum manualia, Historia Christianorum in Aegypto à Christianis Monachis olim conscripta. Verum cum ea pleraque in Bibliotheca Vaticana contineãtur, eorumque catalogum in Prodromo iam exhibuerimus, hic solius literaturæ prophanæ titulos subiungendos duximus, vt curiosus Lector, thesauros ingentes sub huiusmodi latentes cognosceret, modumque, quo eorundem copia haberi possit, inueniret; certè negotium hoc, meo quidem iudicio, à nemine facilius, quam per Consulem Alexandrinum, auctoritate Christianissimi Regis intercedente, expediri posset. Videant igitur Parisini illi Philologi, quid ad Reip. Literariæ bonum instituí possit.

CAPVT II.

De Ecclesiæ Coptæ, siue Alexandrinæ Institutis, Moribus, Patriarchis.

TAM inde à primis nascentis Ecclesiæ Christianæ exordijs, tres extirere Sedes Patriarchales, S. Petri Apostolorum Principis authoritate in præcipuis orbis Romani ciuitatibus constitutæ, nimirum Romana, Alexandrina, & Antiochena, quibus postea accessit Constantinopolitana decreto Constantinopolitani, & Chalcedonensis Concilij, & demum Hierosolymitana, decreto Chalcedonensis, & Quintæ Synodi Oecumenicæ; ordo tamen postea ambitione Patriarchę Constantinopolitani mutatus est, ita Author Notitiæ Episcopatuum. Patriarchæ itaque Alexandrino Canon 6. Synodi 1. Nicænæ, anno Christi 325. celebratæ, Aegyptum, Lybiam, & Pentapolim attribuit. Tres enim Aegypti primum Prouinciæ, postea sex numeratæ sunt, Aegyptus videlicet, Thebais, Lybia superior, Lybia inferior, seu Pentapolis, Arcadia, & Augustanica. Quibus postea accesserũt Aegyptus secunda, Thebais secunda, & aliæ, adeò, vt decem Aegypti demum fuerint Prouinciæ. Tot enim ex hac Diœcesi Metropolitanos conuocari iubent Theodosius: & Valentinianus Epistola ad Dioscorum, quæ Acta 1. Con-

cilij Chalcedon. recitat. *Igitur & tua Sanctitas sumptis decem Reuerendissimis Metropolitanis Episcopis, qui sub tua degunt Diœcesi, & alijs similibus decem sanctis Episcopis, Kal. Aug. Ephesum Metropolim Asiæ conuenire festinet*. Creuitque ita dignitas Patriarchatus Alexandrini, vt vltimis etiam temporibus se in ipsos Aethiopiæ fines (vti in Prodromo ostendimus) quæ cũ Ecclesia Alexandrina in omnibus prorsus, si linguã exceperis concordat, extenderit. Patriarcha autem Alexandrinus, quem modò بابا Papa, modò ابونا بطريرك *Abuna PatriarK*, ideſt, Patrem nostrum Patriarcham, vocant, omnes Christianæ Fidei sectatores, quorum numerus ad multa centena millia excurrit, sibi subditos habet. Qui omnes per varias Aegypti Vrbes, oppida, Monasteria, cuiusmodi sunt, Alexandria, Cayrus, Tanis, Sai, Tmui, Asna, Pherstada, Coptus, Asman, Asioth, Elesmunin, Monsaluth, Caus, aliaque plurima monasteria S. Macharij in insula, S. Petri, S. Antonij, S. Hermetis, S. Pachomij, ad mare Rubrum sita; è quorum numero Monachorum, defuncto Patriarcha successor eligitur. Per hæc inquam loca dispersi Christiani, diuersis temporibus, diuerso quoque schismate ab Ecclesia Romana diuisi sunt. Qui Iacobum secuti Iacobitæ, hanc hæresim profitentur.

Primo dicunt in Christo post vnionem hypostaticam, vnam naturam personatam, resultantem ex duabus naturis non personatis, quanquam subiungant, sine mistione, concretione, alternatione.

Secundò dicunt, vnam esse substantiam de duabus, vnam essentiam resultantem ex duabus, vnam voluntatem de duabus, vnamque operationem de duabus.

Tertio, adiungunt in Trisagio (Qui crucifixus est pro nobis) dicentes se istum hymnum ter sanctum applicare Christo Domino nostro, & non sanctissimæ Trinitati.

Amplectuntur præterea Concilium Ephesinum bis damnatum, & è contra damnant quartum Concilium Chalcedonense.

Sanctificant quoque Dioscorum, Seuerum, Petrum, Macharium Hæresiarchas, & exaduerso damnant S. Leonem Papam.

Affirmant etiam se solos vna cum Armenis, & Abysinis repręsentare Ecclesiam Catholicam omnesque alios ab ea excludi.


Tenent insuper ante iudicium vniuersale neminem Paradisum, vel infernum intrare

Qui Dioscori hæresim ex Arij, & Origenis erroribus conflatam sequun-

sequuntur: hi Incarnationi Christi violentiam inferunt: corpus enim coessentiale deitati dicunt, quidam vero animam ipsum accepisse negant, & propter illud Ioannis, *Et Verbum caro factum est*, negant à carne creata, hoc est Maria Virgine, ipsum carnem accepisse, & contẽtiosè solum Verbum carnem factum esse nugantur. Qui denique Nestorium secuti sunt, duas in Christo substantias distinguunt, & duas credunt in Christo personas: & consequenter duos filios Dei, totidemq. Christos, vnum, qui Deus sit; alterum, qui ex matre generatus. Atque ideo sacrilegè asserunt Deiparam Virginem Mariam non Θεοτόκον, sed Χεισοτόκον esse dicendam. Hisce dogmatis Ecclesia illa tot SS. PP. illustrata luminibus, etsi à Rom. diuersis temporibus, sub diuersis Patriarchis sit diuisa: in sacris tamen peragendis, vti, & in ritibus, cerimonijs, sacrorumque librorum receptione ab illa nunquam recessit.

In Sacrificio Missæ vtplurimum vtuntur liturgijs SS. Petri, Marci, Basilij, Gregorij, Cyrilli, in linguam Coptam translatis, quas forsitan suo tempore, si hæc grata fuisse intellexero, singulas Copto-Arabico-Græco-Latinas producemus. vt veneranda Rom. Ecclesiæ in sacris tum antiquitas; tum conformitas, contra incredulos hæreticos, hoc ipso ceu irrefragabili veritatis argumento demonstretur. In Sacrificio Missæ omnes baculis insistentes sunt, hoc ipso monstrantes se viatores esse, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei: ac proinde semper præparatos ad transitum oportere esse. Liturgias, & officia reliqua cantando Deo persoluunt, quod dum faciunt voces per certos gradus, saltusque: seu tonos (quos Coptæ ⲟⲩⲃⲁⲗⲉ Arabicè هنك Hink vocant) nunc intendendo, nunc relaxando, ita inflectunt, vt haud iniucundum audientibus concentum exhibeant. Verum, vt huius rei curioso Lectori specimen aliquod præbeamus, hic solemnem Missæ intonationem, notis Musicis, prout ex ore amanuensis mei Coptitæ excerpere valui, expressam, apponendam duxi.

Paradigma Intonationis Coptitis in Missarum solemnijs vsitatę.





Hunc tonum identidem repetentes, cum tanta ànimi, corporiſque contentione decantant, vt nullam aliam, præter hanc harmoniam curare, vel æſtimare velle videantur: à Gregoriano noſtro cantu non multum differt, ſapitque neſcio quid Græcæ Pſalmodiæ: neque enim ita abſonus eſt, vt Hebræorum, & aliorum quorundam Orientalium cantus, ſine vlla vel arte, vel ſono prolatus.

Sed vt ad Patriarchas reuertamur, fuerunt hi noſtris tandem ſæculis ex errorum, & diſſidiorum ſepulchris ſubinde ad vitam reuocati, matrique omniũ Rom. Eccleſiæ è qua propagata fuerat, reddita Chriſtiana ſoboles, Marci filij, & cum ipſis omnes Agypti prouinciæ, atque his communione coniuncta vniuerſa Eccleſia Aetiopica. Pauca hoc loco ex literis Patriarchæ Alexandrini, anno 1593. ad Clementem Octauum P. M. ex Arabicis in Latinam à me translatis adſcribemus, vt ex ipſis literis appareat, quanto honore, & reuerentia, reduces Romanam Eccleſiam nullo non tempore proſecuti ſint.

غبرايل

Incipit Epistola Arabica his verbis:

غبرا ييل حقير بنعمة الله خادم الكرسي مار مرقس في مدينه
الاسكندرية ✡

Idest,

Gabriel humilis Dei gratia famulus S. Marci in vrbe Alexandrina.

pergit dein, & in omnibus alijs locis sibi coniunctis Australibus, Maritimis,& Aethiopicis, nonagesimus septimus Patriarcharum,Sancti Marci Euangelistæ successor. Salutem impertitur, atque osculum offert spirituale, Patri,ac Domino, Patrum Patri,Patriarcharum Principi, Decimo tertio Apostolorum glorioſi Domini nostri Iesu Christi, & quinto Euangelistarum,S.Petri Apostoli successori, Petræ fidei super eius Cathedra in Magna Roma sedenti; cui data est à Deo potestas ligandi,atque soluendi,cuius mentio fit in sacro Euangelio,cum dicit: Tibi, ò Petre dabo claues Regni Cælorum,&c. Tu enim loco eius es constitutus, & successor eius super terram, Pater noster, atque Corona capitis nostri, Dominus N. Clemens Octauus Papa Romæ. Gratias agimus Deo altissimo,eumque sanctificamus,& magnificamus in terris, quod te constituit Christus Catholicæ fidei habenas tenentem, & S. Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Dei Ecclesiæ fundamenta seruantem, misericordem,& pium super vniuersum populum Christianum, ac diligentem omnes in Christum credentes instar beatissimi Petri,qui te successorem fecit in eius Cathedram. Tu qui effectus es caput, & maximus Patriarcharum,& magister, & moderator totius populi Dei.

Deinde post alia Legatus Patriarchæ Alexandrini fidei explicationem coram summo Pontifice nomine eius etiam clarè professus est.

Teneo,& confiteor S. Apostolicam Sedem, & Rom. Pontificem in vniuerso orbe tenere primatum,& ipsum Rom. Pontificem successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum,& verum Christi Vicarium, totius Ecclesiæ caput,& omnium Christianorum patrem,& doctorem existere;& ipsi in B.Petro pascendi,regendi,atque gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo potestatem traditam esse affirmo, & nullum extra eandē Ecclesiam Catholicam existentem; æternæ vitæ participem fieri posse confiteor. Hæc ille.

Conseruantur autem hic Romæ multæ similes literæ à diuersis Patriarchis,eorumq. Vicarijs Romam datæ, in quibus semper hisce titulis ornant Papam:

الامانا

البابا المعظم رييس الكهنوت الخليفه على الكنيسه الجامعه الرسوليه
الارثدكسيه اب الاباء ورييس الروسا نايب المسيح على الارض الجالس
على كرسي مـــــار بطـرس راس الرسل مار اغريغوريـــوس
الثالث عشـــــــ

			Anni regiminis	initiũ regim. Au. Christi :
ⲉⲩⲙⲉⲛⲓⲟⲥ	اومانيوا	Eumenius.	11	123
ⲙⲁⲣⲕⲓⲁⲛⲟⲥ	مركيانو	Marcianus.	6	144
ⲕⲗⲁⲩⲇⲓⲁⲛⲟⲥ	كلاديانوس	Claudianus.	15	150
ⲁⲅⲣⲓⲡⲡⲓⲛⲟⲥ	اغريبونوا	Agrippini.	17	165
ⲓⲟⲩⲗⲓⲁⲛⲟⲥ	يوليانوا	Iulianus.	8	182
ⲇⲏⲙⲏⲧⲣⲓⲟⲥ	ديمتروا	Demetrius aduersatur Origeni.	44	190
ⲓⲉⲣⲟⲕⲗⲁⲥ	يار وكلاس	Hieroclas, Origenis sectator.	12	234
ⲇⲓⲟⲛⲩⲥⲓⲟⲥ	ديونيسيوا	Dionysius Origenis discipulus, eiusq. impugnator.	18	248
ⲙⲁⲝⲓⲙⲟⲥ	مكسيموس	Maximus	19	266
ⲑⲉⲱⲛⲁⲥ	ثاونا	Theonas, Ecclesiæ columen.	15	285
ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ	بطرس	Petrus I. martyr.	10	300
		Hic incipit Aera Martyrum sub Diocletiano Imp.		
ⲁⲣⲭⲓⲗⲗⲁⲥ	ارسلاوس	Archillas, & Achillas.	1	310
ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲟⲥ	الاسكندروس	Alexander.	15	311
ⲁⲑⲁⲛⲁⲥⲓⲟⲥ	اثاناسيوس	Athanasius Magnus Doctor Ecclesiæ.	42	326
ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ	بطرس	Petrus.	12	368

ⲧⲓⲁ

			Anni regimnis	Initiũ regim. An. Christi.
ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ	تيموثاوس	Timotheus frater Petri.	5	380
ⲑⲉⲟⲫⲓⲗⲟⲥ	ثاوفيلوس	Theophilus, Cycli Paſch. compoſitor, æmulus S. Io. Chryſoſ. auũculus Cyrilli.	27	385
ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ	كيرلس	Cyrillus Magnus.	33	412
ⲇⲓⲟⲥⲕⲟⲣⲟⲥ	ديوسكوروس	Dioſcorus Hæreſiarcha.	7	445
		Sub hoc primum Schiſma Eccleſię Alexandrinæ		
ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ	طيماثاوس	Timotheus, aliàs Ælurus, pſeudo-epiſc. Eutichis ſectator, interficit ſeipſum.	25	452
ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ	بطرس	Petrus, alias Gnaphæus hæreticus.	9	477
ⲁⲑⲁⲛⲁⲥⲓⲟⲥ	اثاناسيوس	Athanaſi⁹ pſeudo-epiſ. hæreticus.	20	486
ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲥ ⲕⲉ ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲥ	يوحنا	Ioannes tres fuerũt Mela, Talaida, & Machiota	10	506

ⲁⲓⲟ

			Anni regiminis	Initiũ regim Anno Christi
ⲁⲓⲇⲥⲕⲟⲣⲟⲥ	ديسقروس	Dioscorus Iunior pseudoepiscopus hereticus.		516
ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ	طيماوثاوس	Timotheus.	*	*
ⲁⲑⲉⲟⲇⲟⲥⲓⲟⲥ	ثاوطوسيوس	Theodosius Archihæreticus, à quo Theodosiani Acephali.		*
ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ	بطرس	Petrus aliàs Mogus pseudoepisc.	*	*
ⲁⲓⲙⲁⲛⲏⲥ		Dimanes	*	*
ⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲟⲥ	انسطاسيوس	Anastasius.		622

Incidit in hunc annum 16. Iulij, Hegira, siue fuga, vel transmigratio Mahumetis, vt Arabes memorant, cum esset 44. annorum. Aera verò Hegiræ annos obseruat Lunares, fertur enim Mahumed obijsse, impletis annis solaribus 6123 ab Orbe condito, mensibus 9. & 14. diebus: elapsis temporis Hegirę annis solaribus 10 & diebus 20 ideſt annis solaribus 9 & 11 mensibus, minus vno die, Primus Hęgirę fuit Iouis, vltimus vitę eius Lunę dies fuit.

ⲁⲛⲇⲣⲟⲛⲓⲕⲟⲥ	اندرونيقوس	Andronicus		639
ⲃⲉⲛⲓⲁⲙⲓⲛ	بنيامين	Beniamin sub Amro filio Alasi anno Hegiræ 23.		645
ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ	اغاثوا	Agathus, 58. Hegiræ obijt.	19	664

			Anni regiminis	Initiũ regim. An. Christi.
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes, hic ædificauit tẽpl. s. Marci Alex.	8	672
ⲓⲥⲁⲁⲕ	اسحق	Isaak, obijt 2. die menſis Hatur.	3	675
ⲥⲓⲙⲱⲛ	سمعان	Simon Syrus veneno ſublatus eſt, 24. die Abib. Diocl. 426.		
ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲟⲥ	الشكندروس	Alexander obijt 7. Mechir, 81 hegiræ,	20	
ⲕⲟⲥⲙⲁ	قشما	Coſmas obijt vlt. Paony.	15	703
ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ	تاونوروس	Theodorus die 7 Mechit obijt.	11	718
ⲭⲁⲏⲗ	حاييل	Chaël obijt 6 Pharmudi. Heg. 120.	23	763

Hic Coſmas Patriarcha Idiota ponitur, vacat ſedes 15. annis.

ⲙⲏⲛⲁ	مينـــا	Mena, obijt in fine menſis Tybi.	9	772
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنـــا	Ioannes obijt 16 Tybi Elemoſynar. Diocl. 515	13	791
ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ	مرقـــش	Marcus obijt 22 Pharmuthi.	10	817
				880

			Anni regiminis	initiū regim. An. Christi:
ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ	يعقوب	Iacob obijt 14. Mechir, mortuū ſuſcitaſſe fertur. Heg. 222.	10	890
ⲥⲓⲙⲉⲱⲛ	سمعان	Simeon obijt 3. Paophi.	1	822
ⲓⲱⲥⲏⲫ	يوسف	Ioſeph obijt 23, Paophi	18	845
ⲭⲁⲏⲗ	خاييل	Chaël obijt 12. Pharmudi. Diocl. anno 567.	1	864
ⲕⲟⲥⲙⲁⲥ	قسما	Coſmas obijt 21. Hatur. Imagin. cult. à Theoph. Imp. ſublatū reſtituit Dioc. 575:	7	866
ⲥⲉⲛⲟⲇⲓⲟⲥ	سنودوا	Sanodius, alias Sanitius Heg. 253.		875
ⲭⲁⲏⲗ	خاييل	Chaël, alias Michaël vacat ſed. 14. an.	25	885
ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ	غبرايل	Gabriel obijt 21. Mechir.	11	923
ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ	مقاري	Macarius 309. Heg.	12	931
ⲑⲉⲟⲫⲁⲛⲓⲟⲥ	تاوفانيوش	Theophanius occiſus eſt 20. Koiac	4	967

			Anni regiminis	Initiũ regim. An. Christi.
ⲙⲏⲛⲁ	مينـــا	Mena obijt in Hatur. Dio. 678.	11	972
ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ	ابراهيـــم	Abraham, veneno sublatus à Scriba suo. Diocl. 693. Hegir. 367.	3	976
ⲫⲓⲗⲟⲑⲉⲟⲥ	فيلوثاوس	Philotheus obijt 3. Hatur	24	689
ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ	زاخرياس	Zacharias varia passus obijt 8. Tybi. Dioc. 748.	28	1015
ⲥⲉⲛⲟⲇⲓⲟⲥ	سنودوس	Senodius aliàs Sanitius obijt mens. Baba. Diocl. 734.	25	1043
ⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲇⲟⲩⲗⲟⲥ	عبدالمسيح	Seruus Christi obijt 4. KoiàK. Mullaci.	30	1068
ⲕⲓⲣⲓⲗⲗⲟⲥ	كيرلـــس	Cyrillus obijt 12. Paony in Machtan.	14	1098
ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ	ميكائيـــل	Michael. In Æthiopiam profectus ad Nilum, quem Ætiopes diuerterant,	8	1112

			Anni regi.	initiũ regim.	Ann. Christi.
		terapt, suo alueo restituendum.			
ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ	ماكريوس	Macharius ritus Ecclesiasticos mutauit. Diocl. 819. Heg. 496.	26		1020

Hi sequentes Patriarchæ quando, & quantum gubernarint, non inueni, cum Historia tantum ad hæc tempora se extenderit.

ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ	غبريال	Gabriel	1246
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes.	
ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ	مرقس	Marcus.	
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes.	
ⲑⲉⲟⲇⲟⲥⲓⲟⲥ	تاوطوسيوس	Theodosius	
ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲕⲉ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes.	
ⲃⲉⲛⲓⲁⲙⲓⲛ	بنيامين	Beniamin.	
ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ	بطرس	Petrus.	
ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ	مرقس	Marcus.	
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes.	
ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ	غبرايل	Gabriel.	
ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲥ	متاوس	Matthæus.	
ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ	غبرايل	Gabriel.	
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes.	
ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲥ	متاوس	Matthæus,	
ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ	غبرايل	Gabriel.	
ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ	ميكايل	Michael.	

			Anni regiminis	Initiũ regim An. Christi.
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes.		
ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ	غبرايبل	Gabriel.		
ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	يوحنا	Ioannes.		
ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ	غبرايبل	Gabriel.		1593
		Hic misit Legationem ad Clementem VIII.		
ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ	مرقس	Marcus.		
ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ	يوحنا	Ioannes.		
ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲥ	متاوس	Matthæus.		

Cum multis displicere cognoscerem, Catalogum hunc simplici tantum serie Patriarcharum, sine vllo temporis aut annorũ, quibus vnusquisque gubernauit, constare: vt maiori vsui esse posset, annos, & tempus vniuscuique, partim ex Martyrologio Copto, partim ex fragmentis qua Ecclesiasticæ, qua Saracenicæ historiæ excerptos, adiungendos duxi: Annos quoque Sanctorum Martyrum, iuxta æram Coptitarum, vti, & annos Hegiræ ad annos Christi, ne Lector, horum annorum varietate confunderetur, reduxi, vt legenti patebit. Si quis verò ea, quæ ad Patriarchatum Alexandrinum pertinent, vti Episcopos, & subditos, vnà cum iuribus eorundem minutim scire desiderauerit, is consulat Caput 9. huius Supplementi, vbi in hanc rem multa collata reperiet. Sed his breuiter perlustratis, nunc instituti nostri filum prosequamur.

CA-

CAPVT III.

De Nominibus DEI.

MIRABAR in Prodromo nullam apud Coptitas de Gentilium Deorum nominibus mentionem fieri, reperi tandem, id non factum esse, quod Coptitæ huiusmodi nomina ignorarent, aut quod nullum horum vestigium supereſſet: sed quod summo religionis amore perciti, nefas esse putarent, sacras historias, fabulosis Gentilium Deorum nominibus prophanare. Iuhana Kozi, & Michael Schatta, vterque Coptita; circa hoc à me consulti, responderunt: In libris quidem Coptitarum nihil de similibus nominibus reperiri; Cautum enim esse à primitiuæ Ecclesiæ Aegyptiacæ Patribus, omnem superstitionis occasionem, genti ex se, & suapte natura in huiusmodi procliui, eripere, vnde facilè quicquid Εθνικισμὸν saperet, respuerunt. In Bibliothecis tamen Aegyptijs Musulmanorum plurimos adhuc asseruari libros de Sacris, & prophanis Gentilium historijs, lingua Copta conscriptos; cuiusmodi essent, quorum titulos paulò ante exhibitos, atque ab ipsis approbatos exhibui: addiderunt, & subinde in antiquis ruderum latebris nominum huiusmudi vestigia reperiri parietibus inscripta, atque inter linguas animalium, ita Hieroglyphicas appellabant, hinc inde dispersa. Quod verum esse paulo post declarabitur. Certè in Commentario quodam Copto in VII. caput Actuum Apostolorum, Vaticano: Saturnum Scholiastes vocat:

ⲣⲏⲫⲁⲛ ⲫⲏ ⲛⲧⲉⲡⲓⲭⲣⲟⲛⲟⲥ· hoc est Rephan, Deum Temporis. Martem verò ⲙⲉⲗⲟⲭ ⲫⲏ ⲫⲛⲉⲧⲙⲉⲟⲩⲧⲛⲕ Meloch Regem deuastationis. Verba Copta cito

ⲙⲉⲗⲟⲭ ⲛⲉⲙⲉⲧⲓⲫⲱⲛ ⲛⲧⲟⲩⲧⲛⲧⲟⲥ ⲛⲧⲟⲩ ⲥⲉⲙⲱⲛ ⲫⲛⲉⲙⲉⲧⲟⲩⲧⲛⲕ ⲛⲟⲩⲟ̄ ⲛⲛⲓⲥⲁⲣⲁⲃⲁⲓ ⲛⲉⲙⲛⲛⲧⲉⲡⲓⲭⲣⲟⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲧⲉⲡⲓⲙⲉⲟⲩⲓⲙⲉⲛ·

Idest,

ideſt. *Meloch ſiue Typhon Aegyptiorum malus Genius, omnia deſtruens, Dominus tonitrui, & ignis, & commotionis credebatur.*

Iouem verò ⲡⲓϩⲉⲥ ⲫⲛⲧ ⲛⲧⲉⲛⲓⲱⲛϩ ☥ *Deum vitæ.*

Venerem ⲥⲩⲣⲟⲩⲧ ⲛϯⲟⲥ ⲛⲧⲉϥϯⲗⲟ ☥ *Dominam amoris.*


Mercurium denique ⲡⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲥ ⲫⲛⲧ ⲛⲧⲉⲡⲓⲥⲁⲭⲓ ☥ ideſt, *Orationis, & ſapientiæ numen*, indigitat, vt ſequitur:

Nomina ſeptem Planetarum, ſeu ſeptem Geniorum Mundi principalium, ſecundum veteres Aegyptios.

♄ ⲣⲏⲫⲁⲛ ⲫⲛⲧ ⲛⲧⲉⲡⲓⲭⲣⲟⲛⲟⲥ	Rephan Deus temporis.
♃ ⲡⲓϩⲉⲥ ⲫⲛⲧ ⲛⲧⲉⲛⲓⲱⲛϩ	Picheus, Deus vitæ.
♂ ⲙⲉⲗⲟⲭ ⲫⲛⲧ ⲫⲑⲉⲣⲙⲉⲧⲛⲓⲕ ☥	Meloch, Deus deſtructionis.
☉ ⲡⲏⲣⲓ ☥ ⲡⲟⲩⲓⲣⲓⲥ ☥	Sol, Poſiris Dominus Sanctus.
♀ ⲥⲩⲣⲟⲩⲧ ⲛϯⲟⲥ ⲛⲧⲉⲫⲧⲗⲟ ☥	Suroth, Domina amoris.
☿ ⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲥ ⲉⲣⲙⲁⲛⲓⲃⲓⲥ ⲫⲛⲧ ⲛⲧⲉⲡⲓⲥⲁⲭⲓ ☥	Ermanibis, Mercurius Deus orationis.
☽ ⲡⲓⲟⲟⲩϩ ⲛϯⲟⲩⲟ ⲛⲫⲓⲟⲙⲉ ☥	Luna, domina maris, & humidorum.

Quæ omnia correſpondent ijs, quæ in Lexico noſtro explanauimus por. 1. c. 3. Ex quibus patet Aegyptios ſua nomina duobus deſcripſiſſe nominibus, per ⲫⲛⲧ quod Deũ ſignificare in Prodromo diximus, & per ⲛⲟⲩⲟ quod Dominum indicat; illud contractum *pſoſch*, hoc etiam contractum *pnudi* pronunciatur. Nunc verò videamus, num huiuſmodi Copticorum nominum veſtigia in Aegyptiacis ruderibus adhuc repe-

reperiantur; affirmant id supracitati Coptitæ, & fragmentum illud antiquitatis Aegyptiacæ, quod insignis ille, & immortalis memoriæ vir, Nicolaus Fabricius de Peiresc, pro suo singulari, & incredibili erga me, meaq. qualiaqualia studia affectu, inter innumera alia Oedipo reseruata, vnum transmisit interpretandum, rem ita se habere satis superque demonstrat. In quo Deorum quatuor mundi plagas præsidentium nomina, Copticis literis vetustissimis vti, & vocibus inter characteres Solis, & Lunæ, serpente circumdatis, pulchrè representata spectantur, vt in sequenti schemate apparet.



Hanc figuram, & hieroglyphicam inscriptionem, ita interpretor, Characterũ hunc ⊕ dico μονόγραμμον esse nominis Dei ⲫⲧ vti in Prodromo fusè explicatum est, & in vnum contractum esse more Aegyptijs solito, ad mysteria sincerius abscondenda. Inscriptiones verò, seu nomina circa quemuis characterem posita, dico Copta esse, & nihil aliud significare, nisi quatuor plagas mundi, suntque

ⲡⲙⲉⲥⲓⲧ ✤ ⲡⲉⲙⲉⲛ ✤ ⲓⲉⲃⲧ ✤ ⲫⲣⲓⲥ ✤

quæ eædem voces in Lexico nostro paucis mutatis, ita ponuntur:

ⲡⲙⲉⲥⲓⲧ ✤ *idest* Septentrio.

ⲫⲣⲏⲥ ✤ *idest* Meridies.

ⲡⲉⲓⲉⲃⲧ ☥ *id est* Oriens.
ⲡⲉⲙⲙⲉⲛⲧ ☥ *id est* Occidens.

Hæc verò media figura |o c| nihil aliud significat, quam Solem, & Lunam, estque character μονόγραμμος significans idem quod Coptum vocabulum ⲡⲇⲥ, hoc est Dominus. Symbolicè verò per ⲡ, innuunt domum hanc mundanam, per O verò Solem, per C Lunam, teste Clemente Alexandrino lib. 5. Stromatum iuxta scripturam Agyptiorũ χυειολογικὼ. Serpente verò annuum cyclum Horo teste innuũt, quibus quidem argutè indicare voluerunt; Dominos huius mundanæ domus, temporisque esse Solem, & Lunam in medio constitutos, vt omnes mundi partes, ab hisce benignè influentibus participarent; vnde & ⲡ inferius apertum est, ad significandum influxum, & emanationem ex superioribus in inferiora fieri, non contra. ⲫⲛ verò vna cum statuis hieroglyphicis vnicuique mundi plagæ ascriptis, indicat Genios istarum plagarum præsides, quæ nomina nos hic, vt vides, resoluimus.

ⲫⲛ ⲛⲡⲉⲙⲙⲥⲓⲛ Numen Septentrionis.
ⲫⲛ ⲛⲧⲉⲫⲣⲏⲥ ☥ Numen Austri.
ⲫⲛ ⲛⲡⲓⲉⲃⲧ ☥ Numen Orientis.
ⲫⲛ ⲛⲡⲉⲙⲙⲉⲛⲧ ☥ Numen Occidentis.
ⲡⲇⲥ ☥ Dominus ⲧⲇⲥ ☥ Domina

Quid verò aliud per hoc hieroglyphicum amuletum significarent Aegyptij, fusè dicetur in Oedipo, vbi & plurima huius generis recondita proferemus: sunt enim huiusmodi monogrammaticis dictionibus Copticis pleni, & obelisci, & tabulæ hieroglyphicę, imo hosce eosdem characteres in tabula Bembina planè exhiberi in citatæ Tabulæ explicatione suo loco fusius dicetur. Nam hoc loco Lectori tantum aperire voluimus ea, quæ vel Prodromo deerant, vel cum tempore vario diuersarum nationum commercio, nobis innotuerant, neque tamen omnia hic profundere voluimus: sed aliqua tantum, veluti quædam irritamenta, quibus adsecutura Oedipi molimina Lector curiosus excitaretur: atque hoc modo hanc linguam Coptam minimè otiosam, atque inutilem esse arbi-

tra-

traretur, huiusmodi specimina posuimus. Reliquæ verò magis curiosa, & recondita, Oedipo reseruantes.

CAPVT IV.

De Annis, & Mensibus Aegyptiorum, eorumque computandi ratione.

DIFFICILE negotium est temporum descriptio, & tantò quidem difficiliùs, quantò pauciora nobis restant, in summa paucitate Authorum subsidia: ita vt, quod dolendum, de veterum Chronologicis scriptis, nihil nobis præter desiderium ad fugitiuam antiquitatem instaurandam relictum sit. Nam quæ hodie apud Orientales extant, de Chronographicis monumenta, etsi multa egregia, & cognitu digna contineant; tamen dissimulandum non est, multa in ijs reperiri, quæ castigatioribus iudicijs non satisfaciant. Argumento sunt omnium, quotquot de his rebus tractarunt, dissensiones. Vt inter tot millia Chronologorum, vix inter duos de eadem re conueniat, quæ potissimum in annorum Aegyptiacorum ratione assignanda vti feruet, ita tricarum quoque ingentium inter Authores, occasionem præbuit. Hæ autem aliam originem non habuere, nisi ex Orientalium idiomatum (ex quibus, ceu fontibus hæc doctrina deduci debet) imperitia: vt igitur aliquid in tanta incertitudine certi statuatur, quæ ex dictis fontibus de anni Aegyptiaci forma hausi, hic Lector proponenda duxi.

Suppono igitur primo Agyptios, vtpote primos Astronomiæ inuentores, nullo non tempore certam anni formam secundum quam sacra sua, ciuilesque actiones dirigerent, habuisse.

Suppono secundo. Hanc anni formam pro diuersa temporũ, statusq. politici ratione, diuersam quoque fuisse: ita alij annum Aegyptiacum menstruo, quidam trimestri, aut quadrimestri spacio, plerique 365. dierum circuitu: nonnulli etiam lustro, vel quadriennio, vti & 1460 annorum reuolutione definierunt.

Suppono tertio. Sacerdotes, seu Hierophantas Aegyptios, vti in omnibus, ita in anni quoque forma à plebe discrepasse. His igitur ita suppositis.

Dico primo, Veteres Aegyptios cum Lunam singulis mensibus orbem suum conficere notarent, hunc orbem pro anno vsurpasse, id docti ab Hebræis secundum annos Lunares sua tempora computantibus, ita Author Hebræus lib. de Moladim. his verbis:

אמרו רזל שמקדם חשבו השנים לפי דרך
המצריים רוצה לאמר שחשבו השנים לפי
מחורות ירחיות ונכתב בספרי חשבונות
שאבינו אברהם ז ל מסר למצריים וחדרך

Dicunt Rabbini nostri bonæ memoriæ, quod olim computabant annos suos secundum rationem Agyptijs vsitatam, id est, quod computabant tempora sua secundum Cyclos Lunares, & scriptum est in libro Computus. quod pater noster Abraham benedictæ memoriæ tradidit hanc rationem Aegyptijs. Cum autem viderent hanc computus ratione instituti suis contrariam, ea relicta nunc trimestrē, nunc quadrimestrē posuisse, Censorinus refert, verba eius sunt: *Et in Aegypto quidem*, inquit, *antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse; post deinde à Pisone Rege quadrimestrem factum, nouissimè annum ad 13. menses, & quinque dies produxisse.* Verum cum successu temporum, obseruationumq. experientia instructiores Aegyptij anni circulum Zodiaci orbi non vsquequaque respondere, sed quinque dieb. eundem superare notarent, annum solarem 12 mensibus τεταρτημόριος & 5. dierum ἐπαγομένων, appendice in fine anni, sine vllo quadrante diei, definierunt. qui quidem propriè annus Aegyptiacus ciuilis ab omnibus habitus est. Itaque annus Aegyptiorum simplex, & vniformis fuit, sine vllis horis appendicibus, & bissextis, quæ quarto quolibet anno trāsacto in Iuliana forma intercalari solent. Quapropter si cum Iuliano compareretur, post annos 4 mensium neomeniæ vno die retrocedunt, post 8. annos biduo; atq. ita paulatim donec post 1460 annos Iulianos euolutos, ad idem caput Iuliani mensis, & diei, vnde profecta fuerat, primi mensis neomenia reuertatur. Atque hunc annorum circulum quidam vocant lustrum Caniculare, siue ἔτος κυνικὸν ἢ τὸ σοθιακόν. Lustrum Caniculare minus est systema annorum 4 Aegyptiacorum dierumq. 1460. Lustrum vero minus Iulianum est annorum 4 Iulianorum, dierumq. 1461, superatq. Aegyptiacum 1 die, ob 4 quadrantium intercalationem. Superat ènim

annus

annus Iulianus simplex Aegyptiacum 6 horis ferè, quæ 4 quatuor annotum spacio in 24 horas excrescentes, diei integri intercalationem efficiunt. Iterum Lustrum Caniculare maius Aegyptiacum est systema annorũ Aegyptiacorũ 1461, Quo interuallo Thoth ciuilis redit ad Thoth Iulianum vnde profectus est. Iulianum verò lustrum Caniculare est systestema lustrorum minusculorum Iulianorum, 365 sc. annorum Iulianorum 1460, Aegyptiorum verò 1461, quo interuallo Thoth redit ad eandem diem Iulianum. Atq. hoc spacium ἔτος κυνικὸν μέγα, siue ἐνιαυτὸς Θεοῦ, id est *Annum Dei* vocant. Quæ annorum diuisio, appellatioq. non exiguas lites excitauit, non ita pridem inter duos magni nominis viros; quamtamen sola veterum Scriptorum authoritate dirimendam duximus: tãtum enim in hac materia vti abstrusa, ita incerta credi debet quantum ex bonis authoribus probari potest, ne figmentis, propudiosisq. commẽtis locus vllus concedatur. Cardo igitur controuersiæ in hoc versatur, vtrum Aegyptij præter aunum communem solarem solutum, & vagum, lustra quoq. quadriennia, siue sothiaca vsurparint. Secundo vtrum ἐνιαυτὸς Θεοῦ siue *Annũ Dei*, appellarint? Tertio, vtrum ad figendos annos intercalationem adhibuerint? de quibus singulis ordine breuiter tractabo. Agyptios igitur anno vago, & soluto vsos hisce verbis Theon describit. Ἐξ ἧς λαμβάνεται ὅτε μὲν ἡ ἡμέρα κατ' Αἰγυπτίους τὴν δι' πάλιν τὴν ἕκτον ἐπαναλαμβάνουσι καθ' ἑλλήνας ἤτοι κατ' Ἀλεξανδρέας ἀναδιδόμενος ἡμέρᾳ ἐνιαυτὸν, ἡμέρων ὄντι τξε ¼ μία τετάρτου δ' καθ' Αἰγυπτίους ὡς ἔφαμεν τξε μόνον. δῆλον ὡς ὅτι κῆ τέταρτα ἐπὶ ἡμέραν προσλαμβάνῃ καθ' Ἀλεξανδρέας *Deinceps usurpatur mẽsis, & dies secundũ Aegyptios ad hunc modũ. Quoniam enim Græcorũ siue Alexandrinorũ proprius annus dieb. cõstat 365. cũ vna quarta. Aegyptior. verò 365 dũtaxat: perspicuũ est 4 quoq. anno diẽ vnũ ad Alexandrinũ accrescere.* Quib. in verbis Alexandrinos indicat annũ fixũ, nimirum Augustęum acciuisse, Aegyptios verò priscos, sine intercalari simplicẽ annum, atq. æquabilem egisse. Quæ omnia confirmantur apud Ptol. in Almegesto. Lustris quoq. Sothiacis, quos ἐνιαυτοὺς Θεοῦ hoc est *Annos Dei* appellabant, vsos esse, sup. citatus Censorinus refert his verbis: *Ad Agyptiorũ verò annũ magnũ Luna non pertinet, quẽ Græci κυνικὸν, Latini Canicularem vocamus, propterea, quod initium eius sumitur cũ primo die eius mensis quẽ Agyptij Θὼθ vocant, Caniculæ sidus exoritur; nã eorũ annus ciuilis solus habet dies 365. sine vllo intercalari; itaq. quadrienniũ apud eos vno circiter anni die minus est, quã naturale quadrienniũ, eoq. fit vt anno 1461. ad idem reuoluatur principium. hic annus etiam annus ἰλιακὸς, à quibusdam dicitur, ab alijs Θεοῦ ἐνιαυτὸς.*

Quæ

Quæ vt intelligantur obseruãdum est, Aegyptios duplicem habuisse computus sui rationem: vnam, quæ ad annos figendos, ac in ordinem redigendos instituebatur, eratque toti Aegypto, vna cum Alexandrinis promiscuè vsitata, quam, & in hunc diem vsque obseruant Christiani Coptitæ. Altera propria fuit Sacerdotib. & Hierophantis, vnde, & mystica, seu hierophantica, & arcana dicebatur, solis, vt dixi, Sacerdotalis ordinis sapientibus nota, nullaque intercalatione vtebatur, sicuti ciuilis: sed permittebat habenas annis suis, excrescentesq. dies, & annos certo quodam & mystico artificio Solis rationibus imputabat; quæ omnia curioso scrutinio indagata in Oedipo nostro producemus. Verum ne quicquam gratis dixisse videamur, dicta proborum Auctorum testimonijs iã restat vt declarentur. Primò Geminus peruetus Astronomus in suo de Sphæra libro de dictis Hierophanticis annis ita disserit:

Οἱ μὲν γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν διάλημψιν καὶ θεώρησιν ἐχήκασι, παρὰ Ἕλλησιν. Οὔτε γὰρ πρὸς ἐνιαυτοὺς ἄγουσι κατ' ἥλιον, οὔτε τοὺς μῆνας, καὶ τὰς ἡμέρας, κατὰ τὸν σελήνην ἀλλά τινι ἰδίᾳ πίστει κεχρημένοι εἰσὶ, βούλονται γὰρ τὰς θυσίας τοῖς θεοῖς μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι. ἄλλα δεῖ πασῶν τῶν ἐνιαυτοῦ ὡρῶν διελθεῖν. καὶ χίνεσθαι τὸν θερινὸν καὶ χειμερινὸν, καὶ φθινοπωρινὸν, καὶ ἐαρινὸν. ἄγουσι γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε. δώδεκα γὰρ μῆνας ἄγουσι τριακονθημέρους καὶ πέντε ἡμέρας ἀπάγουσι τὸ δὲ μίαν τεταρτὸν οὐκ ἀπάγουσι διὰ τὸν προκεκρυμμένην αἰτίαν, ἵνα αὐτοῖς αἱ ἀπόδοσιν γίνηται.

Nam Aegyptij contrariam, inquit, *ac Græci sententiam ac propositum secuti sunt; neque enim annos ad Solem dirigunt, neque menses, & dies ad Lunam; sed peculiari quodam fundamento nituntur. studeant enim sacra Deorum non iisdem anni repræsentare temporibus; sed ea ipsa omnes anni tempestates peragrare volunt. Vt idem festum æstiuum sit, & hybernum, & autumnale, ac denique vernum. Annum quippe dierum obseruant 365. menses verò duodecim tricenarios. Addunt his præterea dies quinque, neq. quadrantem inserunt, ob dictum videlicet causam, vt ipsis solemnia retrocedant.*

Atque hoc est proprium institutum Hierophantarum, qui de industria anno suo habenas laxabant. Vt solemnes dies, ac festiui, nulla certa tempestate continerentur; sed per omnes paulatim circumducerentur. cuius meminit quoque Hali in suo Tarich, his verbis:

وكان لمصريين السنات اول لحكماهم وكان ثلثمايه

وستين

وستين وخمس يوما بغير السعات واحده ثلثه مايه وستين
وخمس يوما وست سعات لا سوي وهي سنة مشتركة
لكل اهل المصر ۞

Fuerunt autem Agyptijs duo anni: primus fuit Sacerdotum, eratque 365. dierum absque adiuncto: alter erat annus 365. dierum cum additione horarum, & hic erat annus vulgò vsitatus siue toti Aegypto communis.
Vtrumque Dei annum dictum esse, ex Aurhoribus nobis iam probare incumbit; Atque ex Censorino quidem paulò ante probatum est. Iam verò testem omni exceptione maiorẽ adducimus Horapollinem, qui de Hieroglyphica anni representatione agens, ita disserit.

Ἔτος δὲ ἐνιαύσιον γράφοντες τετάρτον ἀρούρας γράφουσιν. ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἀροῦρα πηχῶν ἑκατόν. βουλόμενοι δὲ ἔτος εἰπεῖν | τέταρτον λέγουσιν. ἐπειδὴ φασι κυνὸς ἀστρου τῆς Σώθιος, μιχθὲν τῆς ἄλλης ἀστρολογίας τέταρτον ἡμέρας προσιέναι. ὡς εἶπε τὸ ἔτος τοῦ Θεοῦ τριακόσιαι ἑξηκόντα πέντε ἡμερῶν. ὅθεν καὶ διὰ τέτρατος εἴδος πειρᾶται ἡμέραν ἀεὶ θροεῖν Αἰγύπτιοι, τὰ δὲ πάντα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει.

Instantem inquit, *annum significantes anni quartam partem pingunt. Est autem ἀροῦρα (vnde Latinis aruum dicitur) terrę mensura centum complectens cubitos. Itaque annum volentes dicere, quartum dicunt, eo quod ab vno, vt tradunt, sideris, cui nomen Sothis est ortu ad alterum, quarta sit interiecta diei pars; Vt sit Annus DEI dierum 365. & quoniam quadrantem insuper ad Solis rationes deesse sentiebant, ideo annum Dei vocant τέταρτον.*

Cum igitur Agyptij Solem Deum dicunt, mirum non est, solarem annum ἔτος Θεοῦ, Coptè ⲧⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛⲫⲏⲧ vel διὰ τὸν κρᾶσιν ⲧⲣⲟⲙⲫⲏⲧ dictum esse. Osiridem enim, siue Solem, Plutarcho teste μέγαν θεόν, ab Aegyptijs dictum, Isimque Lunam notius est quam dici debeat. Vnde & Apion Historicus Osiridis, seu Serapidis simulacrum ex nouem cubitorum smaragdo conflatum stupendo apud eos miraculo commemorat, quæ omnia huic solari numini Osiridi honorem præ cæteris habitum, ostendunt. Iam vero, quod grauioris est difficultatis, cur annum communem per quartam anni partem, quæ centum dumtaxat cubitos complectebatur, expresserint, & eundem annum τέταρτον, quasi quadrantem diceres, nominarint, breuiter declarandũ est.

Cum

Cum enim Horus duplicem annum hoc citato loco describat, vnum minorem 365. dierum. Alteram κυνικὸν Canicularem, qui quatuor annos solares comprehendebat, vno insuper die intercalari addito. Hunc annum ex ortu Sotheos quater repetito definiebant. Ita vt trecentis, & sexagintaquinque diebus absolutis, sex præterea horę ad cursum, qui ex motu Solis definitur singulis annis adderētur. Illæ verò post quatuor annorum conuersionem diem solidum efficerēt. Aegyptij, inquit, quarto demum anno Sotheos intercalabant, & solidum annum tunc absolutum putabant, quod erat reuera quadriennium, ciuili quadriennio vno die maius, quem Græci κυνικὸν, Latini, vt benè notat Censorinus, Caniculare m, Coptitæ ⲧⲣⲟⲉⲉⲡⲓ ⲥⲓⲱⲧ vocant; eo quod initium illius sumatur, cum primo die eius mensis, quem Aegyptij Θὼθ dicunt, Sothis exoritur. Nam eorum annus proprius solaris solutus & vagus solos habet dies 365. sine vllo quadrante, itaque quadriennium vno circiter die minus est, quam naturale quadriennium, eoque fit, vt anno 1641 ad idem ferè deuoluatur principium omnino. In Horo igitur annus vertens pro ciuili sumitur, eumque quarta anni parte denotant, & annum volentes dicere τετάρτον, quadrantem dicunt. Quorsum hoc? nisi quia sicut sex horæ quarta diei pars sunt, & sicuti præterea ciuilis annus quarta pars lustri Canicularis, siue Sothiaci; ita magni anni quàrta pars sunt 365 anni, quæ in quatuor ducta producunt 1460 magnum illum annum Canicularem, quem supra definiuimus systema annorum Aegyptiacorum 1460. iterum sicuti singulis simplicibus annis accrescunt sex horæ, quæ post quadriennium integrum diem artificialem, ita singulis 365. annis accrescit 91 dies cum vna quarta, quæ post 1560 excrescit, in annum integrum Magnum Canicularem, quem systema annorum 1461 definiuimus: Hanc autem rationem pulchrè subintexuit Horapollo, cum dixit: κ) τελ ἀπὸ τολὶ τ ἀστρ τ Σώθιος μεχρὶ τῆς ἄλλης ἀνατολῆς τέταρτον ἡμέρας προσίθεσ. *Ab vno Sotheos ortu vsque ad alterum, præter annum quartam diei partem adiungi, ex quo (inquit) quarto quoque anno superuacaneum diem computant.* Quem Cynicum Alexandrini, Coptitæ Sothiacum, aut etiam Hermeticum, ab Hermete eius primo institutore, quem & sub specie canis pingebant, in cælum traductum sub specie Sothis fulgere credebant, de quo fusiùs in Oedipo. Vides igitur, quomodo Sacerdotes fixerint annos suos, & qua ratione habenas ijsdem laxarint: fixerint videlicet, iussu Principum ad ciuilium actio-

actionum directionem, laxauerint; verò ob rationes mysticas supra ex Gemino allatas. atque hic annus eorum solidus, ciuilis, 4 annorũ erat spacio definitus, quo Eudoxus periodos, tempestatumque ambitus putabat confici, cuius & Plinius meminit his verbis.

Omnium quidem si libeat obseruare minimos ambitus, redire easdem vices quadriennio exacto, Eudoxus putat non ventorum modo, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Estque principium lustri eius semper intercalari anno caniculæ ortu. Quibus quidem nihil clarius dici potest; cui consona quoque sunt ea quæ Horapollo adfert l. 2. hierogl. cap. 89. vbi annum Aegyptium quatuor annis constare expresse dicit, his verbis.

Ἄνθρωπον ζήσαντα τέλειον βίον θέλοντες δηλῶσαι κορώνην λαβόντες ἀποθανοῦσαν ζωγραφοῦσιν, αὕτη γὰρ ζῇ ἔτη ἑκατὸν κατ' Αἰγυπτίους τὸ δὲ ἔτος παρ' ἑαυτῶν.

Eum inquit, *qui legitimam hominis ætatem vixerit, volentes monstrare cornicem mortuam pingunt. Hæc enim* 100. *annos iuxta Aegyptios viuit Constat autem annus Aegyptiacus* 4. *annis vsitatis.* Intercalationem quoque adhibitam esse in anno Aegyptio, primò Author Scalæ magnę huius expresse dicit.

الشهور القبطيه اثنا عشر سنتهم ثلثمايه وخمسه وستين يوما خمس النسي ويوم الكبيس في كل اربع سنين بد والسنه النوروز وهي لفظه فارسية ✡

Menses Coptitarum 12 *& annus eorum* 365. *dierum cum* 5 *diebus Nisi, & singulis quatuor annis dies intercalaris initium anni Neuruz, quæ est vox Persica.* Quibus ijsdem respondet Coptica lectio ibidem.

ⲛⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲙⲙⲉⲧⲣⲉⲙⲛⲧⲟⲟⲩ ⲓⲃ ⲙⲙⲉⲛⲧⲉⲡⲓⲧⲉⲩⲧⲉⲣⲟⲛ
ⲙⲉⲧⲟⲩⲛⲧⲉⲡⲓⲑⲉⲥⲓⲥ ⲕⲁⲓ ⲛⲣⲟⲙⲛⲓ ✡ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲛⲧⲣⲟⲙⲛⲓ
ⲛⲓ ⲧⲟⲩⲟⲓⲧ ⲧⲉⲧⲣⲟⲙⲛⲓ ✡

Hoc est, *menses duodecim Coptici, & 5 dies ἐπαγομέναι dies intercalationis singulis quatuor annis initio anni, videlicet Neuruz.* Quæ confirmat alius quidam manuscriptus Arabicus de computu Coptitarum tractatus quem mutuum concessit Insignis vir Abrahamus Ecchelensis amicus meus singularis, qui ita de anno Coptitarum differit.

والسنة الشمسية اكثر العلما يعتقدون انها ثلثمايه وخمس وستون يوم وربع سوا من اجل ما يروه من الشهور المرتبه في العلم اعني الشهور القبطي التي بدوها توت وبابه اوشهور الروم والسريان التي بدوها ايلول وتشرين وان هذا الترتيب رتبوه اولاد ادم من اول ايامهم ۞

Annus solaris multi sapientum credunt esse 365 dierum cum quadrante simpliciter; Ideoque menses in hoc mundo ita ordinatos esse, Vt initium v.g. mensium Coptitarum, sit mensis Toth, & Paophi, vel initium mensium Græcorũ, aut Syrorum initium sit Eisul, & Tilrin, & dicitur quod hæc ordinatio facta fuit a filijs Adam ab initio dierum. Quibus quidem anni solaris, cum appendice 5 horarum, antiquitas clarè describitur; qua ratione autem antiqui intercalationem instituerint, sequitur

واسسوا قبانهاعلى ان السنة الشمسية ثلثمايه وخمس وستون يوما وربع يوما سوا ولذلك يجتمع الربع في كل اربع سنين فيصير يوما ولذلك يكبسوا السنه الرابعه تكون ثلثمايه وسنة وستون يوما ۞

Et fundantes fixerunt annum ita vt annus solaris esset 365 dierum cum quarta diei æqualiter, & ideo colligentes hanc quartam singulis quatuor annis confecerunt vnum diem intercalantes eundem constituerunt 366, dierum. Verum si cuipiam nedum satisfactum esset citatis locis illi producimus Diodorum Siculum, qui de Thebanis loquens ita disserit.

Ταὶς δὲ ἡμέραις οὐκ ἄχρι τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον ἐπακολουθούσας μὴν τιθέμενοι τὰς μὲν ἴσας, πέντε δὲ ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἀναπληροῦσι.

Dies inquit *non sumuntur iuxta Lunam, sed Solem, ita vt singulis mensibus 30 dies attribuant, & 5 dies cum quadrante 12 mensibus inserunt, & hac ratione totum cyclum anni complent.* Erat igitur Aegyptijs præter annum vagum, & solutum, fixus quoque, & embolimeus maximè in vsu, cum fine eo maximas in rerum publicarum administratione confusiones oriri necesse esset, imo hanc intercalationem tantum abest vt a Græcis pri-

primum, & Latinis acceperint Aegyptij ; vt potius Græci ab ijsdem Aegyptijs primò didicerint veram anni rationem,& intercalationis methodum; Verum ne quisquam verbis tantum me agere existimat , pro me habeo grauissimum , & maximæ fidei Authorem αὐτοπτὴν Strabonem, qui in 17 libro circa medium,Eudoxum primo hanc intercalandi cæli,& anni rationem, ab Aegyptijs acceptam in Græciam primum intulisse his verbis docet.

Συνανέβη δὲ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δεῦρο καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖνος ἐνταῦθα ἔτη ὡς φασί τινες τρεῖς καὶ δέκα καὶ τῶν ὄντας καὶ τὰ θεωρήματά τινα φθάσαντας τῶν ἐγχωρίων, μυστικοὺς δὲ καὶ δυσμεταδότους τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐξελιπέρησαν. ὡς δέ τινα τῶν θεωρημάτων ἠσφῆσαν, τὰ πολλὰ δὲ ἀπεκρύψαντο οἱ βάρβαροι. οὗτοι δὲ τὰ ἐπέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μέρη ταῖς τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις εἰς τὸν ἐνιαυτὸν παρέδοσαν. Ἀλλ' ἠγνοεῖτο τέως ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. ὡς καὶ ἄλλα πλείω. ἕως οἱ νεώτεροι Ἀστρόλογοι παρέλαβον παρὰ τῶν μεθερμηνευσάντων εἰς τὸ ἑλληνικὸν τὰ τῶν ἱερέων ὑπομνήματα, καὶ ἔτι νῦν παραλαμβάνουσι τὰ ἀπ' ἐκείνων καὶ τὰ τῶν Καλδαίων.

Hoc est, *Etenim Eudoxus cum Platone eo profectus est; & ambo cum Sacerdotibus annos 13 sunt versati, vt nonnulli tradiderunt. Isti Sacerdotes cum rerum cælestiũ scientia præstarent. Cæterùm arcanam eam seruarent neque cum quoquam communicare vellent. Tamen, & tempore, & obsequio deuicti, nonnulla præcepta enarrauerunt, cum plurima interim Barbari occultarent. Ij excurrentes diei ac noctis particulas supra 365 dies ad anni complementum, tradiderunt. Ignorabatur annus eo tempore apud Græcos, quemadmodum, & alia permulta; donec Iuniores Astrologi ab ijs ea acceperunt, qui Sacerdotum monumenta in linguam Græcam transtulerunt, & adhuc tum ab illis, tum à Chaldæis accipiunt.* Ex quibus clare patet multo ante Alexandri Magni in Aegyptum irruptionem, Aegyptios sciuisse, & vsurpasse ἐμβολισμὸν anni ex quatuor diei quadrantibus excrescentis; imo Eudoxum secretum ab Hierophantis, qua muneribus, qua obsequijs deuictis acceptum, Græcis primum tradidisse. Præter hunc annum fixum, ciuilibus actionibus destinatum, alium vt dixi annum habebant, qui solus cognitus erat sacerdotibus, quẽ & annum Dei vocasse partim probauimus, partim paulò post probabitur. eratq. quadruplex; primus erat ānus ex quatuor anni quadrantibus, seu 4 trimestribus spacijs conflatus, quem & annum Hori appellabant; Ita Censorinus loco sępius citato his verbis. *Sunt qui tradunt. hunc annum trimestrem Horum instituisse, eoque ver, æstatem, autumnum, & hyemem ὥρας et annum dici, & Græcos annales ὥρους, eo-*

rum scriptores ὡρογεάφους Itaque quatuor annorum circuitu in modum πενταετηρίδος annum magnum dicebant. de hoc fusius & curiosius volente Deo in Oedipo. Porro annũ quoq. fixum, & lustrum Caniculare, seu Sothiacum ἰδιαυτοῦ Θεοῦ appellatum ex Horapolline, & Censorino probatum est, quorum sententiam confirmat Hali Chronographus Arabũ, his verbis:

وسنة المصريين الكبيرة هي مركبة من اربع سنين بسيطين ويسموها سنة الله لان كل واحدة منهن مرسومة باسم الالهم ۞

Porro annus magnus Aegyptiorum compositus est ex 4 simplicibus annis quem, & annum Dei dixerunt, quia vnusquisque eorum nomine alicuius Dei insigniebatur; Quo quidem testimonio nihil illustrius dari potest. Hinc Persę occasionem quoque sumpsisse videntur, annum illum magnũ 1440 annorum denominandi صالخوداي *Salchudai*, hoc est annum Dei & mensem siue duodecimam partem huius magni anni mensem magnũ μῆνα μέγιστον Persicè بزورح ماه *Bozurah mahe*, Chaldæis סהרא *Sahara* corruptè *Sarus*, vnde, & Sari Chaldæorũ de quibus in Oedipo. Si enim 120 anni ciuiles sunt vnius mensis; 12 huiusmodi menses, qui sunt anni 1440, erunt vnus annus maximus, dicebatur autem Persicè صالخداي *Salchodai*, ἔτος Θεοῦ à diebus mensium dijs Persicis σωσυπύμοις, vt alibi declarabimus. vides igitur, & Persas Aegypto vicinas annos suos ad Aegyptiorum imitationem coordinasse, vt qui mysterijs, & disciplinis mysticis, ijs essent similes, annorum disponendorum rationibus non discreparent. Quod igitur nobis est spacium temporis inter duos bissextos comprehensum videlicet lustrum, seu quadriennium Iulianum; hoc Aegyptijs erat lustrum Sothiacum, siue Caniculare, vtrumque 1460 dierum, post quorum euolutionem vnius diei conflati ἐμβολισμὸς contigebat; Vt ex supracitatis Græcis, Arabibus, Latinis; Hebræis probatum est. Vnum hoc loco quispiã mirari forsan posset, quomodo Aegyptij post singula tam parua, quam magna lustra dies, & annos intercalarint, cum tamen constet Aegyptios præ cæteris omnibus ἐμβολισμὸν, maximè odio habuisse, vtpote mysticæ festorum solemnium dispositionis perturbatorẽ. Quod & ex Scholijs Germanici hisce verbis ostenditur; *Deducitur autẽ Apis à Sacerdote Isidis in locum, qui dicitur* Κ' ἔτος *& iure iurando adiguntur, neque mensẽ, neq. diẽ intercalandum, quem in festum diẽ immu-*

ta-

tarent admissuros, sed 365 dies præterea sicuti institutum est ab antiquis.

Ex hoc loco Authores magni nominis occasionem acceperunt, omnem Aegyptiacam intercalationem negandi. At respondeo hoc loco non intelligendam anni dispositionem ciuilem Aegyptiorum, qui cum Alexandrinorum, Græcorumque ciuilis idem habebatur, vt ex superius citatis Authoribus patet; Sed Hierophanticam, seu mysticam illam sacerdotum, qui in arcana dispositione sacrorum, quæ in honorem Deorum instituebantur, consistebat, & sicut in omnibus mysterijs silentio supprimendis iure iurando tenebantur, ita & in hac mystica annorum dispositione, qui vti cum intercalari consistere non poterat, ita eam quoque tãquam mysticis sacris repugnantem abominabãtur: cũ enim αἱ ἐπαγόμεναι siue dies Nisi, alicuius Dei cognomines sint, atque eodem die natales eius, cuius cognomines erant, celebrarentur; si sexta ἐπαγομένοις accederet, cui Deo dicaretur, cuius Dei Epocham celebrarent? erant autem vt in Prodromo ostendimus Θεοὶ ὑγιεῖς θλιοι. 5.

ΟCΥΡΙC ✤ ICIC ✤ ΠΕΥΦΘΗ ✤ ΤΥΦΩΕΥC ✤ ΔΠΟΦΡΔC ✤

Teste Plut. si igitur sexta ἐπαγομένη accederet, duo ἐπαφεδρὶς siue nefastæ continuæ forent, quod erat contra institutum Hierophantarum. Habenas igitur ei laxabant consulto, vt annorum 1460 curriculo expleto, *Dij patrij* totum orbem peragrasse dici possent, vt & Plutarchus haud inobscure docet, in libro de Osiride, & Isidε. Confecta autem dicta periodo, neomenia lustri canicularis incipiebat ea nocte, quæ post meridiem 5 dierũ Nisi sequebatur, oriẽte canicula ἀκρονύχως nocte qua Thoth præcedebat, totusque ille annus vocabatur σωτις. Anno sequente eadem nocte quæ Thoth antecedebat obseruantes ortum caniculæ, qui non vt primo anno, sed media nocte oriebatur, tunc incipiebat annus lustri secũdi. Anno tertio ortus caniculæ ante solem eminebat, & hinc tertius lustri annus incipiebat, quarto anno canicula non poterat videri, quia in meridie Aegypti in contraria parte alterius hemisphærij oriebatur. Itaque a meridie Thoth incipiebat quartus annus lustri; ita inter singulos lustri annos vnius diei quadrans erat interiectus, & sine vlla diei integri ἐμβολισμῷ: Sed sensim vnus dies subrepebat. Tota igitur controuersia inter Authores orta videtur, quod Aegyptiorum ciuilem computandi rationem, ab Alexandrina diuersam, quam nos eandem dicimus, arbitra-

trarentur, sicuti enim fixus annus Aegyptiorum cum Alexandrino, idē est; sita vagus solutus & ἀνεμβολημαῖος penes solos sacerdotes, & Astronomos Aegyptios resedit, vti fuse in præcedentibus probatum est. Quod verò quidam putent, huiusmodi annos nominibus deorum denominatos esse, probari non posse; ij sane multum hallucinantur, & in reconditiori Aegyptiorum literatura parum se versatos declarant. Et primo quidem singulos annos quadriennij, siue vt Horappollo τετάρτου τῦ ἐνιαυτῦ Θεῦ, quartū anni Dei nominibus appellatū, supra ex Strabone Authore probatum est, & primum annum lustri Sothim, siue caniculam dictum; quam Petosyris Rex apud Vettium Σὼθ vocat, idque genere masculino ὁ Σὼθ ἀνατολὴ, quod erat initium anni Aegyptiaci, clare Porphyrius in Antro declarat his verbis:

Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους οὐχ ὁ ὑδροχόος ὡς Ρωμαίοις, ἀλλὰ καρκίνος. πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ σῶθις, ἣν κυνὸς ἀστέρα ἑλλήνες φασὶ. γενεθλιακὴ δ' αὐτῶν ἡ σώθιος ἀνατολή.

Aegyptijs vero initium anni non erat Aquarius, vti Romanis; sed Cancer. Prope Cancrum enim Sothis, quod canis Sidus Græci vocant, oritur; Neomenia autem ipsis est Sothios ortus, generationis in mundo Author: Ex quo patet, hunc annum primum Sothin dictum, siue Thoth, vtpote ab Hermete κοσμοπόρῳ institutore annorum. Reliquos vero non inconuenienter Isidis, aut Serapidis, Isidis, & Hori nominibus denominatos ex figura hierophysica 36. Theat. Hierogl. luculenter pater, vbi annum κυνικὸν volentes monstrare Hermetem canina facie Crocodilo insistentes, cū sphæra in manu Authorem sagacem temporū, & astronomiæ denotat, a cuius latere dextro Iuppiter Ammō, ab altero Serapis cū modio Nili in capite, inferius figura stellæ; quibus quidem nihil aliud denotare volebant, quam anni Sothiaci curam halere 4 principalia Aegypti numina, Hermetem, Serapidem, Osirin, Isin per stellam, vel Isidis canem; Isin autem per stellā signari Manilius Author est. Habet autem canicula duas stellas vnam in capite quæ Isis vocatur, Porphyrio teste, & alteram in lingua quę Sirius propriè, & canis nuncupatur. Vnde Diodorus l. 1 Bibl. inter titulos Isidis hæc ponit.

Ἐγὼ εἰμὶ ἐν τῷ κυνὶ ὑπερλάμπουσα

Ego sum in astro canis fulgens.

Quod autem Manilius dicit in huius sideris exortu Aegyptios σημαίνειν ἐκ τούτου πάντων τὰ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων. *Id est prognosticon facere de ijs, quæ toto anno futura sunt.* Alludit ad καλανδολογία quæ nos vulgo Almanach

nach vocamus. mos iste vt apparet ab Aegyptijs promanauit ad Græcos. Verum hæc omnia luculentius in Oedipo nostro demonstrabuntur, vbi & ostendemus non solum quartas Sothiaci lustri deorum nominibus fuisse insignitas, sed & singulos dies mensiũ suos habuisse præsides; quos παρεδρους θεους Deos assessores vocabant, vti quoque ex schemate Hieroglifico paulo ante citato patet, in cuius basi hæc inscriptio Coptis characteribus inuenitur.

ⲛⲧⲟⲓⲥ ⲑⲉⲟⲓⲥ ⲥⲩⲛⲑⲣⲟⲛⲟⲓⲥ ⲉⲛ ⲉⲩⲅⲩⲡⲧⲟⲥ ✠

Dijs assessoribus in Aegypto. Nolo hic vlterius progredi, cum hæc omnia Oedipo, vt dixi reseruauerimus, hoc vnicum dico, si nullum aliud argumentum huius denominationis esset, certe illud ad rem demonstrandam sufficiens foret, quod Coptitę & Athiopes dictum quadriennium In hunc diem obseruent, sicuti enim veteres singulos illius annos nomine Dei alicuius appellabant, ita, & dicti populi eiusdem quadriennij singulos annos, non quidem nomine profani Dei, sed 4 Euangelistarum nominibus indigitabant, ita vt primus á bisexto vocetur, Matthæus, alter Marcus, 3 Lucas, 4 Ioannes. quod, & computus Coptus supracitatus his verbis describit.

يوم الكبيس في كل اربع شنين ولكل وحده منهم يسمونها
بسم اربع انجيليين ✠

Dies intercalaris singulis annis quatuor euenit, & vnumquemque ex ijs denominant nominibus 4 Euangelistarum. Expressius hoc videtur in Computo ecclesiæ Aethiopico consona in quibus Coptæ qui doceas inuenire annum Euangelistarum ita procedit.

ለበዘ ፡ ተአሚረ፡ዓመተ ፡ ወኒጌለወያኒ ፡ዓመት ። ምሕረት፡
ሞ ፡አዳ፡ ተክፈል ፡ ወለአመ ። ተገፈከ ። 0 1 መዋዓለ፡ምቲወሰ ፡
ወ 2 ሞዋዓለ ፡ መረቅሰ ፡ ወ 3 መዋዕለ ፡በቆሰ ፡ለአመ ዕርያ፡
ክፈል ለዐአዳ።አሜሃ፡ 4 ያሐኔሰ ። ፡ ። ።

Hoc est, vt scias annum Euangelistarum. *Annum gratiæ per 4 numerũ diuide*

diuide, quod si reliquum fuerint 1 *erunt dies Matthæi; si* 2 *dies Marci. si* 3 *dies Lucæ, si autem æquata fuerit diuisio per* 4 *tunc dies Ioannis*. Ita veteres primum annum vocabant, Sothin, alterum Isin, 3 Serapidem, siue Osiridem, 4 Horum, vt bene quoque notat Scaliger. annos igitur ab Aera Nebonassari diuidentes per quatuor, inueniebant annum Deo conuenientem. ea prorsus ratione qua Aegyptij Coptitæ, & Abyssini diem Euāgelistarum. Quid porrò de Piromis Aegyptiorum, quorum mentionem Herodotus facit sentiamus, in sequentibus manifestabimus, vbi hujus vocis etymon indagabimus. Atque hæc de anno veterum Aegyptiorum sufficiant; restat vt de moderno Coptitarum computu aliquid dicamus.

De Coptitarum Computu.

COptitę igitur Christiani tenent triplicem Aeram, primam cum reliquis Orientalibus ferè omnibus communem ab orbe condito, quē vocant. تريخ السنين ابونا ادم *æram annorum Patris nostri Adam.* Maximus Monachus ἔτη Ἀδάμ quibus in cyclis tam Solaris, quam Lunaris & quæ cyclos consequuntur, ordinandis vtebantur. Alteram à primordio Regni Græcorum, de quibus annis vide Prodromum, tertiā à Diocletiano doctrinalē, quā in libris, literis, & monumentis inscribendis adhibent, eāque vocat Albateni تريخ القبطي *Tarich ElKupti*, æra Coptica. Coptiti verò ⲡⲓⲥⲙⲁⲛⲧⲉⲣⲟⲛⲧⲟⲥ vel Arabice تريخ الشهذا الظهار *Aeram SS. Martyrum.* Copticè ⲧⲣⲟⲉⲙⲡⲓⲛⲧⲉⲙⲡⲣⲟ id est *annum Martyrum.* Addunt aliqui hisce æris siue Epochis quartam Nabonassari Chaldæorum Regis, verum cum ea Astronomi tantum vtantur, vt quæ in ciuili computu locum non habeat consulto omittendam duximus, erat enim æra Neboressari non ciuilis, nec vulgò cognita Aegyptijs, sed Astronomis tantum, quam á Chaldæis mutuarunt, vt doctè in epistola quadā ad me data probat doctissimus iste noster Petauius, videlicet Callisthenis opera, & studio qui Aristotelis discipulus fuit, & magistri hortatu, cum in comitatu esset Alexandri Macedonis antiquissimam Chaldæorum obseruationem Babylone receptam misit in gratiam, vnde in Aegyptum delatæ ab Astronomis adhibitæ fuerunt, maximè à Ptolomæo, qui eas ab Hipparcho mutuatus videtur: testatur hæc omnia Sim-

Simplicius in comment. in 2 lib. Artis de Cælo, adeo vt quæcumque de hac æra in Prodromo diximus, aliter intelligenda, ac diximus, nolimus; neq. æram à morte Alexandri, quæ & æra Philippi dicitur, cum æra ذوالقرنين *DulKarnain* confundendam putamus, cum vna ab altera 12 ferè annis distet, quæ fusius legi possunt apud eum, quem supra laudaui Petauium.

De Aera autem annorum mundi, notandum est, Græcos, & Latinos sine vlla causa à veris epilogismis sacrorum Bibliorum discedentes, annos à conditu rerũ ad Christum natũ putare 5199, qui numerus excedit vera Mosis ratiocinia annis mille ducentis quinquaginta. Sed, & Græci computis conditores Aegyptios imitati, æras mundi alio, atq. alio modo interpretati sunt, vt eas arti computatoriæ accommodarent, ex qua licentia natę sunt 3 æræ technicæ, quas a magistris in vsum computi excogitatas, aut transformatas posteri pro veris annis mundi acceperunt suntq. Dionysiana, Alexandrina & Antiochena, de quibus vide Petauiũ in opere de doctrina temporum, & Scaligerũ. Quæ æræ cum naturales non sint, sed ad calculũ instituendum fictę, multum quoque differunt; Hebræorum æra à condito mundo putat ad Christ. 3760, ita liber computisticus Hebræorum, cuius titulus est.

לקט קצירי לסוד העבור

Hoc est *Spicarum collector de mysterio computus, siue emboliſmi*, quod enim nos computum illi à parte totum, ἐμβολισμὸν, hebraicè עבור *Ghibbur*, id est *prægnantem* vocant, traslatione sane elegantissima, quasi annus insititium mensem in se gestet, tanquam mulier prægnans fętum in vtero. In hoc igitur libro ab orbe condito ad æram Christi numerantur 3760 anni, quam Epocham etiam Samaritani, vti ex fragmento quodam Samaritano, Bibliothecæ Peirescianæ, mihi innotuit, sectantur: quæ omnia correspondent Chronol. Hebræorum. Aegyptij vero, ac Græci, vna cũ Syris Septuaginta 2 Interpretum rationem secuti plus mille annis ab Hebręorum Samaritanorumq. ratione dissident, quorum authoritatem libenter hoc loco producerem, si aut tempus, aut tractatus breuitas, quam sectamur, permitteret. his igitur ita præmissis, nunc instituti filum prosequamur, antequam verò vlterius procedamus, ipsum Samaritannm textum, vnà cũ Hebraico hic subiungendã duximus, vt quæ de æra annorum mundi dicta sunt, sinceriùs comprobentur: ita autem in Autographo habetur.

Æra Samaritanorum.

I. ס ב ר ה א ת ע ו ל ם ע ד ה מ ב ו ל א ל ף ש ש מ א ו ת ו ש ש ח מ י ש י ם

II. ס ד פ ל ג ה א ל ף ח ש ע מ א ו ת ו ש ש ח ש ע י ם

III. ס ד ל ד ת א ב ר ה ם א ב י נ ו א ל ף ו ח ש ע מ א ו ת ו ש מ נ ה ו א ר ב ע י ם

VI. ס ד ל ד ת מ ש ה ר ב י נ ו ע ה א ל פ י ם ש ל ו ש מ א ו ת ש מ ו נ ה ש ש ש

V. ס ד י צ י א ת מ צ ר י ם א ל פ י ם א ר ב ע מ א ו ת ו ש מ נ ה א ר ב ע י ם

IV. ס ד ב נ י ן ב י ת ר א ש ו ן א ל פ י ם ח ש ע מ א י ת ו ש מ נ ה ע ש ר י ם

IIV. ס ד מ נ י ן ה נ צ ר י ם ש ל ו ש ת א ל פ י ם ש ב ע מ א ו ת ו ש ש י ם

Hebræorum Æræ.

I, מבריאת עולם עד המבול אלף ששמאות ושש חמישים

II. עד פלגה אלף חשע מאות ושש חשעים

III. עד לדת אברהם אבינו אלף וחשע מאות ושמנה וארבעים

VI. עד לדת משה רבינו עה אלפים שלוש מאות שמונה ששים

V, עד יציאת מצרים אלפים ארבע מאות ושמנה ארבעים

IV. עד בנין בית ראשון אלפים חשעמאית ושמנה עשרים

VII. עד מנין הנצריים של ושת אל פים שבעמאות ושש׳ים

Hoc est

I.	A creatione mundi ad diluuium anni.	1656
II.	Ad diuisionem lingu arum	1996
III.	Ad natiuitatem Abrahæ	1948
IV.	Ad natiuitatem Mosis	2368
V.	Ad exitum de Aegy pto	2448
VI.	Ad ædificationem domus prior is	2928
VII.	Ad Aeram christianorum	3760

Or-

Ordinant autem Coptitæ annum suum Ecclesiasticum à 29 Augusti, qui incidit in primũ diem Thoth diẽ decollat ionis S. Ioannis Baptistæ, etsi in Martyrologio celebretur 2. die Thoth, ob primi anni dici solemnia propria, de quo ita Tarich elKupti,

جدو السنة توت ويوم استشهد القديش والنبي يوحنا المعمداني ابن زكريا الكاهن ۞

Id est, *Initium anni mensis Thoth, & dies est martyrio S. Prophetæ Ioannis Baptistæ filij Zachariæ Sacerdotis consecratus.* quæ verba Syriaco seu Antiocheno Calendario exacte consonant, vt patet.

ܡܫܬܐ ܕܫܢܐ ܬܫ̈ܪܝ ܘܝܘܡ ܣܗܕܘܬܗ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܘܢܒܝܐ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܒܪ ܙܟܪܝܐ ܟܗܢܐ

Id est, *Decollatio S. Ioannis Baptistæ, & obitus Patris nostri Adam & initium anni Aegyptiorũ* .quam, & confirmat Græcus ἀφαίρεσις his verbis.

Ἀποτομὴ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ πρόδρομου ἡμῶν Ἀδὰμ, καὶ ἀρχὴ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων ἐνιαυτοῦ.

Celebratur autem hoc festum bis a Coptitis semel primo Thoth, quo decollatus fuit, secundò 30 Mechir, quo suum caput inuentum est, vt in calendario Coptitico patet.

Qua ratione autem feriam in quam 1 dies Thoth siue festum decollationis S. Ioannis Baptistæ incidat, inueniri possit, pulchre docet computus Aethiopicus, siue Abyssinus, sequentibus verbis.

וב עבא בו אתמיר עלתא יוחנס עמתא מחרת
תאחז ותכלו לד אר ומטנא רבעת ותוסך ריבחו
ואמבלאן ותרמיר כול אחתנ ותאתית אמנ הו
פתגף כבו וותרפך אמו ואתובי עלתא יוחנס

VVachaiba baza thamir, hailatha Ioãnes amatha mechrath thechaz VVathc haplo laarbathu id VVamatna rabithu thuesic dibeheu imchalean, VVathdemior

demior chulo athtani vvathathith *imnebu chlethu*, vvathgatph *baba sabo-athu vazatharaphim sabaatu vethuche halatha Ioannis*.

Hoc est vt sciat diem Ioannis. *Annum gratiæ accipito, diuidesque in 4 summas; mensuram quadrantis apponito super illum vtrinque; commisceto omne simul, abijce ab eo* 11, *diuide septies quod reliquũ erit de 7, ipse est dies Ioannis*. Ratio porrò cyclorum Solis, & Lunæ, & consequentes ex ijs terminos Paschales, cum Alexandrina prorsus eadem est, vt paulo post videbitur, si loquamur de anno fixo Aegyptiorum, & ad normam Iuliani redacto; proprij autem solares anni veterum Aegyptiorum sine quadrãtis appendice non mensurantur cyclo decennouennali, vt Græcorum, Alexandrinorum, & Hebræorum anni, sed 25 annorum cyclo quem Ptolomæus descripsit l. 6 περὶ τῆς μεγάλης συντάξεως. Quod autem hic cyclus optimè quadret tempori lunationum veterum Aegyptiorum, ita demonstratur; quoniam enim 25 solares anni seclusis bissextis continent dies 9125. & fiunt in eis lunationes 309 qui iuxta Astronomicam supputationem constant diebus 9124, horis 22, min. 51, secundis 18, redibunt lunationes omnes post 25 annos ad eundem diem in quo prius factæ fuerant, anticipantes solum ad vnam horam minut. 8 secund. 12 quod de cyclo decennouennali ad dictos Aegyptiorum annos applicato dici nulla ratione potest; atque hinc emergit quoque ratio, cur veteres nunquam intercalauerint annos sacros, ciuiles autem seu Alexandrinos quarto quoq. anno intercalauerint? Verum de hoc cyclo pluribus alibi, nunc ad Coptiticum siue Alexandrinæ ecclesiæ vsitatum computũ progrediamur. Vtitur ea duplici cyclo Solari & Lunari, quorum illum Copte ⲡⲓⲕⲩⲕⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲏⲓ vel Arabicè دور الشمسي circulum Solis, hũc ⲡⲓⲕⲩⲕⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲥⲉⲗⲏⲛⲏ, vel دور القمري circulum lunæ vocãt Solis Cyclus constat 28, lunæ 19 annis, His omnia quæ ad dispositionem Paschatis, cæterorumq. festorum pertinent, inuestigant, vt ex sequenti Pinacio patet, quod ex Coptitarum libris decerptum tibi hic exhibendum duxi.

Ta-

Tabula Computi Paschalis.

Menses	Char. Mens.	Cyclus Solis.	Char. Ann.	Cyclus Lunæ siue Pasch.		Termin. Pasch.	Dies term. Pasch.
Martius	F	1	A	A	1	XIII. Kal. Apr.	K. Mar.
		2	B				
Aprilis	E	3	C	B	2	XII. Kal. Apr.	I. Apr.
		4	D	C	3	XII. Kal. Apr.	Dom.
Maius	G	5	E				
		6	F	D	4	XIII. Kal. Mai.	K. Mai.
Iunius	B	7	G	E	5	XII. Kal. Mai.	III. Non. Mai.
		8	H				
Iulius	D	9	A	F	6	XII. Kal. Mai.	II. Non. Mai.
		10	B	G	7	XII. Kal. Mai.	K. Iun.
Augustus	F	11	C				
		12	D	H	8	XII. Kal. Mai.	III. Non. Iun.
September	A	13	E	A	9	XII. Kal. Mai.	Dom.
		14	F				
October	C	15	G	B	10	XII. Kal. Mai.	K. Iul.
		16	A	C	11	XII. Kal. Mai.	IV. Non. Iul.
November	E	17	B				
		18	C	D	12	XIII. Kal. Mai.	K. Aug.
December	G	19	D	E	13	XII. Kal. Mai.	III. Non. Aug.
		20	E				
Ianuarius	B	21	F	F	14	XII. Kal. Mai.	Dom.
		22	G	G	15	XIII. Kal. Mai.	K. Sept.
Februarius	D	23	A				
		24	B	A	16	XII. Kal. Mai.	III. Non. Sept.
Intercal.	F	25	C	B	17	XII. Kal. Mai.	F.
		26	D				
		27	E	C	18	XII. Kal. Mai.	K. Oct.
		28	F	D	19	XII. Kal. Mai.	F.

In prima colũna ponuntur nomina mensiũ Copticorum, quorum etymologiã in Oedipo proferemus. Secunda columna characteres mensiũ continet. Tertia Cyclum Solis. Quarta characterem anni. Quinta cyclum Lunarem. Sexta Terminos Paschales. Septima dies termini Paschalis, de quibus singulis aliquot Canones producemus ex Copticis monumentis depromptos.

PROPOSITIO I.

Inuenire Cyclum Solis.

واذا اردت معرفه كبقلس الشمس اسقط ثمانية وعشرين ثمانيه
وعشرين من السنه تاريخ القبط وبقيته هو كبقلس شمس تلك
السنه التي انت فيها ✡

Si vis scire Cyclum Solis, abijce ex annis æræ Diocletiani quoties potes 28 & reliquum dabit tibi Cyclum ipsius anni actu currentis.

PROPOSITIO II.

Cyclum Lunarem inuenire.

واذا اردت تعرف كبقلس القمر اسقط واحده من سنة تاريخ القبط
واسقط ايضا تسعه عشر تسعه عشر وبقيته هو
كبقلس القمر ✡

Si vis scire Cyclum Paschalẽ siue Lunæ, abijce 1 ex annis æræ Diocletiani, & iterũ 19 quoties potes, reliquum enim dabit Cyclum Lunæ seu Paschalẽ quæsitum.

PRO-

PROPOSITIO III.

Feriam mensis inuenire.

خذ العدة قبله لكبقلس الشمس وهذه تزيد على عدة الشهر وجملة
هو يوم الشهـــــــــــر ✡

Si velis scire feriam mensis aecipe characterem anni, siue signum (in columua) è regione cycli Solis huic adde characterem mensis (in columna propria) & summa dabit feriam quæsitam abiectis 7 quoties poteris.

PROPOSITIO IV.

Inuenire Cyclum Paschalem alia ratione.

اذا اردت تعرف حساب كبقلس تلـك السنة التي انت فيهـا كم
هو تسقط سنين ابوذا ادم تسع عشر تسع عشر فمهما بقي لايجي
تسع عشر هو كبقلس تلـك السنة لان الكبقلس ينمو مـــن
واحد الى تسعة عشر واذا وصل الى تسعة عشر ترد الى واحد ✡

Cum volueris scire numerũ cycli Lunaris istius anni in quo es, quotus sit abijce ab annis patris nostri Adam 19 quoties poteris, & si reliqum fuerit, & non fuerit 19 iste erat cyclus istius anni, quia cyclus, est reuolutio annorum ab vnitate ad 19 & hinc ad vnitatem.

PRO-

PROPOSITIO V.

Fundamentum Anni inuenire.

واذا اردت تعرف الاس وحسابه وهو كيقلس الشمس فنمو هذا
الحساب من احد الى سبع ومن سبع يردا الى واحد واذا اردت
كيقلس السنه التي انت فيها فتمسك سنين ابونا ادم وتزيد
عليها مثل ربعها وما كان كسر مثل ربع او نصف اتركه
واذا الربع مع الاصل اجمع جملته واسقطه سبعة سبعة فمهما بقي
لا يجي سبع وهو كيقلس الشمس تلك السنه التي انت
فيها وهو الاس ✡

Hoc est fundamentum anni (qui certus quidam cyclus Solis est procedens ab vno ad 7 & hinc redit ad vnitatem) scire velis accipe annos Patris nostri Adam & addes ijs quartas eorum, & si fuerint fractiones numer. relinques eas, & si fuerit completa quarta cum radice, coniunges summam eius, & abijcies ab ea quoties poteris septem, & si quod reliquū fuerit, & nō fuerit 7, erit id cyclus Solis anni istius qui actu currit, & hoc est fundamentum quaesitum.

PROPOSITIO VI.

Diem in quem cuiusuis mensis principium cadat, inuenire.

اذا اردت تعرف اي يوم يكون اول الشهر فتنظر علامه الشهر الذي
تريد وتضيف اليها اس تلك السنه ومهما اجتمع
معك تسقط منه سبعة ومهما فضل
عن

عن السبعة ان فضل واخره اول الشهر الاحد وان فضل
اثنين فاوله الاثنين ۞

Si volueris scire, quis dies primus mensis, vide characterem mensis qui vis, & addes ad fundamentum anni currentis, & a collecto subtrahes 7 & reliquum ex 7 si fuerit 1, erit prima dies mensis feria 1, si 2 erit mensis dies secundus, feria secunda, & sic de reliquis. Atque hisce Canonibus respondent ad vnguem Canones Computi Aetiopici, quos hic libenter adducceremur, si angustia chartæ permitteret. Erat, & hoc eodem loco interserendum Martyrologium Arabico-Coptico-Latinum expansum, vna cum festiuitatibus Sanctorum Ecclesiæ Alexandrinæ. Verum ne Supplementum in maiorem molem excresceret, alio id tempori reseruare reuisum est, vt vero curiosus Lector cognoscere possit quiuis dies mensium Iulianorum, cui diei Aegyptiaco respondeat, hic Pinacem dictorũ subiungendum existimaui.

Huic alteram, videlicet mensium Tabulam subiecimus, in qua Hebræorum, Syrorum, & Arabum menses; mensibus Coptitarum, quantum fieri potuit, respondentes, parallelo situ posuimus. Vt si cui vno cum altero conferre liberet, quo id posset haberet. Vbi tamen notandum, plerosque orientalium menses cum Lunares sint, & secundum Neomenias dies suos ordinent, diebus mensium Copticorum, vtpote solarium, & fixorum, non vsquequaque respondere: sed veluti vagos, sedes suas mutare; neq. solares Orientalium dies, diebus Aegyptijs semper respondent, sed diuersas in eodem mense sedes habent; quæ omnia fusiùs per expansas mensium tabulas in Oedipo ostendentur. Tertia Tabula continet Nomenclaturam dierum Septimanæ, varijs Orientis populis vsitatam, quam ideo Menopinacio subiunximus, ne quicquam, quod Lector desiderare posset, omisisse videremur.

Tabula Mensium, dierumque Aegyptiacorum, ex qua dicto citius quis dies mensium dictorum, cui diei mensium Iulianorum

Dies Anni Aegypt.	Thoth incipit à	Paophi incipit à	Athor incipit à	Choiac incipit à	Tobi incipit à	Mechir incipit à
1	29. Aug.	28. Sep.	28. Oct.	27. Nou	27. Dec	26. Ian.
2	30	29	29	28	28	27
3	31	30	30	29	29	28
4	1. Sept.	1. Octo.	31	30	30	29
5	2	2	1. Nou.	1. Dec.	31	30
6	3	3	2	2	1. Ian.	31
7	4	4	3	3	2	1. Febt.
8	5	5	4	4	3	2
9	6	6	5	5	4	3
10	7	7	6	6	5	4
11	8	8	7	7	6	5
12	9	9	8	8	7	6
13	10	10	9	9	8	7
14	11	22	10	10	9	8
15	12	12	11	11	10	9
16	13	13	12	12	11	10
17	14	14	13	13	12	11
18	15	15	14	14	13	12
19	16	16	15	15	14	13
20	17	27	16	16	15	14
21	18	18	17	17	16	15
22	19	19	18	18	17	16
23	20	20	19	19	18	17
24	21	21	20	20	19	18
25	22	22	21	21	20	19
26	23	23	22	22	21	20
27	24	24	23	23	22	21
28	25	25	24	24	23	22
29	26	26	25	35	24	23
30	27	27	26	26	25	24

Vsus huius Tabulæ.

Si velis nosse quisnam dies Iulianus cuinam Aegyptio alicuius mensis diei respõdeat. Quære diem Aegyptium in prima columna, deinde nomen Mensis Aegy-

respondeat, indagari potest. Incipiunt autem Menses Aegyptiorum, eo ordine, qui sequitur.

Phamenoth incipit à	Pharmyt incipit à	Pascois incipit à	Paoni incipit à	Epip incipit à	Mesori incipit à	
25. Feb.	27. Mart.	26. April.	26. Maij.	25. Iunij	25. Iulij.	
26	28	27	27	26	26	
27	29	28	28	27	27	
28	30	29	29	28	28	
1. Mart	31	30	30	29	29	
2	1. April.	1. Maij	31	30	30	
3	2	2	1. Iunij.	1. Iulij	31	
4	3	3	2	2	1. Aug.	
5	4	4	3	3	2	
6	5	5	4	4	3	
7	6	6	5	5	4	
8	7	7	6	6	5	
9	8	8	7	7	6	
10	9	9	8	8	7	
11	10	10	9	9	8	
12	11	11	10	10	9	
13	12	12	11	11	10	
14	13	13	12	12	11	
15	14	14	13	13	12	
16	15	15	14	14	13	
17	16	16	15	15	14	
18	17	17	16	16	15	
19	18	18	17	17	16	
20	19	19	18	18	17	
21	20	20	19	19	18	
22	21	21	20	20	19	24
23	22	22	21	21	20	25
24	23	23	22	22	21	26
25	24	24	23	23	22	27
26	25	25	24	24	23	28

Intercalares

Aegyptij in fronte Tabulæ, & angulus communis dabit diem Iuliani mensis correspondentem: ita 16 diem mensis Mechir, inuenies respondere 10 Febr. 20. Messori, 12 Augusti.

Tabula denominationis Menſium populorum Orientalium & correſpondentiæ vniuſcuiuſque ad menſes Aegyptiorum.

Coptitarum.	Hebræorū.	Syrorum.	Græcorum.	Arabum.
Sept. ⲑⲱⲟⲩⲧ Thout.	אלול Elul.	ܐܠܘܠ Illul.	Βονδρομιὼν	محرم Muharam
Oct. ⲡⲁⲟⲡⲓ Paopi	תשרי Thiſri	تشرين ١ Thiſrin 1.	Πυανεψιὼν	صفر Saphar.
Nou. ⲁⲑⲱⲣ Athor.	מרחשון Marcheſuā	تشرين ٢ Thiſrin 2.	Μαιμακτηριὼν.	ربيع الاول Rabi prior
Dec ⲭⲟⲓⲁⲕ Choiac.	כסלו Caſleu.	كانون ١ Canun	Ποσιδεὼν	ربيع الاخر Rabi poſter.
Ian. ⲧⲱⲃⲓ Tobi.	שבת Tebeth	كانون ٢ Canon	Γαμηλιὼν	جمادي لاول Giamadi 1.
Feb. ⲙⲉⲭⲓⲣ Mechir.	שבת Scebat.	شباط Scebat	Ανθεστηριὼν.	جمادي الاخر Giamadi 2.
Mar ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ Phamenoth	אדר Adar	اذار Adar	Ελαφηβολιὼν	رجب Rageb.
Apr. ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ Pharmuthi.	ניסן Niſan.	نيسان Niſan	Μυνιχιὼν	شعبان Schaban.
Mai ⲡⲁⲭⲱⲛⲥ Paſcons.	אייר Iiar.	ايار Iiur	Ταργηλιὼν	رمضان Rhamadan.
Iun. ⲡⲁⲱⲛⲓ Paoni.	סיון Siuan.	حزيران Haziran	Σκιρροφοριὼν	شوال Sceuel
Iul. ⲉⲡⲓⲡ Epip.	תמוז Thamuz	تموز Thamuz	Εκατομβαιὼν	ذو القعدي Dulkaida
Aug. ⲙⲉⲥⲱⲣⲓ Meſori.	אב Ab.	اب Ab	Μεταγειτνιὼν	ذي الحجه Dalhagieh.

Deno-

Denominationes dierum Septimanæ.

Latinè.	Hebræi.	Arabes.	Græci.	Coptæ.
Feria I. seu Dominica seu dies ☉	יום ראשון שבם	يوم الاحد	ἡμέρα Κυριακὴ	κυριακη
Feria II. seu dies ☽	יום שני	يوم الاثنين	Δεύτερα	πϐ̄
Feria III. seu dies ♂	יום שלישי	يوم الثلثا	Τείτη	πγ̄
Feria IV. seu dies ☿	יום רבעי	يوم الاربعا	Τετάρτη	πδ̄
Feria V. seu dies ♃	יום חמשי	يوم الخميس	πέμπτη	πε̄
Feria VI. seu dies ♀	יום ששי	يوم الجمعة	Παρασκευὴ	ϯπαρασκευη
Feria VII. seu dies ♄	יום שבעי	يوم السبت	Σάββατον	πισαββατον

Deno-

Denominationes dierum Septimanæ.

Latini.	Persæ.	aliter Pers.	Turcæ.
Dies Dominica.	روز یکشنبه Ruz iacheh	یکشنبه Iacsanbe	بزر قوه Pazar kue
Lunæ.	روز دوشنبه Ruz duiemi	دوشنبه Duschanbe.	بزر ارتسی Pazar ertsi
Martis.	روز سیوی Ruz siumi	سهشنبه Sehschanbe	صالی Sali
Mercurij.	روز چهارشنبه Ruz tzeharni	چهرشنبه Geherschanbe	چهر شنبه Gehar sanbe
Iouis.	روز پنجشنبه Ruz phengemin	پنج شنبه Peng schanbe	پنج شنبه Peng scanbe
Veneris.	روز ششمین Ruz scheschmin	آدینه Adine	جمعه Giamah
Sabbati.	روز هفتمین Ruz haphtemi	شنبه Schanbe.	جمعه ارتسی Giumah ertsi

CA-

CAPVT V.

De Aegyptiacis Stellarum appellationibus.

VETERES Aegyptios, vti Astronomiæ inuentores, ita & stellis nomina imposuisse, adeò certum est, vt de eo neminem dubitare posse putem, nisi eum forsitan qui Astronomorum monumenta non viderit. Verum sicuti id in Oedipo fusè ostensuri sumus, ita in hac temporis angustia, cum mentem nostram circa dicta manifestare nequeamus ea consultò quoque obmittētes, ad ea duntaxat stellarum Nomina, quæ Scalæ magnæ Author proponens paulò succinctius explicat, nos vberius declaranda conferimus.

Triplex igitur stellarum ordo in Scala magna proponitur, quorum primus stellas in Zodiaco fulgentes proponit. Secundus 7 planetarū denominationes adducit. Tertius denique mansiones Lunę siue stellas, quas Luna singulis suis periodis, id est 28. dierum spacio percurrit, explicat, & de primis quidem duobus iam dictum est, restat, vt de vltimis aliquid dicamus. sit igitur prima vox

ⲡⲓⲉⲓⲱⲓⲧ ⲛ ⲛⲉⲧⲉⲙⲓⲧⲟⲥ Hæc vox igitur Ægyptia, seu Copta est, quam nos *viam straminis*, seu *paleæ* interpretamur; hoc enim nomine appellant circulum illum candidum, quem γαλαξίαν Græci, Latini *viam lacteam*, seu τὸν γάλακτος κύκλον, Proculus, & Cicero vocant, Ouidius iter quo ad Iouem accedebant Superi, his verbis.

Est via sublimis Cœlo manifesta sereno
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso
Hac iter est Superis ad magni regna Tonantis
Regalemque domum. &c.

Dicitur autem Lacteus circulus à Poetis ob lac Iunonis effusum de quibus consule Hygin. Phornutum, alioſque Mythologos. Hæc inquam, via Copticè vocatur via straminis, seu paleæ, quam denomintionem reliqui Orientales ferè omnes sequuntur. Cōstat autem duabus vocibus, quorum prima ⲡⲓⲉⲓⲱⲓⲧ viam, alia ⲛⲧⲉⲙⲓⲧⲟⲥ straminis, seu paleam significant, ⲛⲧⲉ verò est nota regiminis, vt in Grammatica docuimus. Atque hanc interpretationem nostrā verā esse docent Arabes

bes, Syri, Aethiopes, Hebræi, 'alijq. Orientales, Arabes γαλαξίαν vocant vt plurimum المجرة *Almagiret*, quasi diceres fluxum, seu tractum ex sparsa palea, Author Scalę vti & Abenregel, ita eum describit *Almagiret & est via straminis, seu paleæ* المجرة وهي طريق التبن Mor Isaac in sua philosophia Syriaca, pari ratione, hunc circulum Lacteum, vocat *Semitam straminis*, his verbis.

ومدلول حسوبوذسا ومدلولها معدوه هدلا لحيا :

Zona vero quæ in 12 signorum orbe spectatur, vocatur via straminis, seu paleæ. Aethiopes quoque, vt ab Abyssinis Sacerdotibus hic Romæ audiui, eam ሐዘረ ዘመንገድ chasara tsamangadu, viam streminis vocant, vt Hebræi נריכה תבן omnes fabulæ Aegyptiorum subscribentes. Fingunt enim Typhonē Isidis fugientis fasciculū aristarū sibi obiectū in cælo dispersisse; vnde & plagæ illi via straminis nomen in hunc diem mansit, sed de his fusius in Oedipo nostro, quare hic occasionem appellationis huius tantum insinuasse sufficiat.

Post hæc addicit Author noster 28 stationes Lunæ, id est totidem constellationum, quas Luna singulis suis peirodis hoc est 28 dierum spacio attingit, nomina, eaque loca vocat Copto nomine, ⲛⲓⲙⲉⲥⲟⲛϩⲏⲧⲉϯⲙⲉⲧⲟⲩ hoc est *habitacula siue diuersoria* Arabicè المنازل القمريه *Hospitia Lunæ* seu *stationes Lunæ*; ⲙⲉⲥⲟⲛϩ enim plural. num. mansiones, ⲏⲧⲉ nota regiminis est, ⲙⲉⲧⲟⲩ vero Lunā significat. Atque has stationes Lunæ a primis temporibus vsque in hunc diem Astrologos cum ad mutationem aeris explorandam; tum ad inchoationem operum secundandam opportunas & scitu dignas, vt aiunt ob stellarum influxus locis memoratis signiferi varios rerum effectus introducentes obseruare videmus. Co stat autem quelibet statio 12 gradibus & 24 min. vt cuiuis circulum in 28 partes dispescenti patebit. Hæ stationes licet aliàs in octaua sphæra à capite ♈ inchoentur, iuxta superius tamen orbis situm ob motum augium ealdem nunc à 22 ♈ gradu moderni auspicantur Astrologi: vt fusius in Astrologia nostra Heroglyphica videbimus. ordo stationum Lunarium, earumque explicatio sequitur.

I ⲡⲁϣⲧⲱⲙ Coptè *piscem* significat; hoc loco stationem piscis; arabicè بطن الحوت *Venter cæti*, siue *piscis*; est q. prima statio Lunę ab humi-

dita-

ditate pernicioſa ſic dicta, incipiebatq. à 0 grad. ♈ terminabaturq. in 12 grad. eiuſdem ſigni & 24 minut.

2 **ΑΣΟΥΤΣΤΩΡΙΟΝ** id eſt *Piſcis Hori* arabicè السرطين ſtatio Lunę eſt, quam Author Scalæ his verbis deſcribit:

السرطين وهو راس الحمل *Sartin, & eſt caput Arietis.*

Abenragel ita dicit:

السرطين وهو منزل القمر في برج الحمل فهو راس الحمل

Ideſt, *Sartin ſtatio Lunæ eſt in ſigno Arietis, accipiturq. paſſim pro ipſo capite* ♈. Initium eius 12 grad. ♈, & 24 min. finis eius vigeſimus quintus gradus eiuſdem.

3 **ΚΟΛΙΩΝ** *ſtatio connectens*, Arabicè بطين *Bathin*, ita eũ deſcribit Chamus

بطين هو منزل القمر فهو مثلث عند بطن الحوت

Batin, ſtatio Lunæ eſt, & eſt triangulum prope ventrem cæti. Nos hanc ſtationem aliam non dicimus, niſi quam Triangulum ſiue Δίλτα, caput ♈, & Piſcis Boreus eiuſdem ferè latitudinis fundant. Initium huius ſtationis eſt vigeſimus quintus gradus ♈, finis nonus ♉.

4 **ωριας** ideſt, *ſtatio Hori*, Arabicè التريا *altharieh*, ſtatio Lunæ eſt, quam Pleiades prę ſtant ☽. Vocarunt autem Hori ſtationem ab Horias, eo quod Horus, quo mundi fęcunditatem, Plutarcho teſte, ἱερογλύφως innuebant, maxime in Tauro, Veneris domo Pleiadum conſortio ſeſe exereret. Vnde & Hebræi has eaſdem Pleiades עש ſiue סובות בנות *Gnaſch*, ſiue *ſuccoth benoth*, ideſt cõgregatiõẽ, ſiue fil. tabernaculi, filias opertas, & fotas vocãt: vt. n. Gallina pullos ſuos fouet, & ſuſtentat, ita Hori mundũ inferiorem in hoc ſigno, Tauri ſtatio. Vnde & idolum eius fuiſſe aiunt Gallinam cum pullis ſuis: ita Raſſi in cap. 5. Amos, & in Iob;

סובות בנות דמות תרנגלת עם אפרחיה

Succoth benoth, ſimulachrum erat Gallinæ cum pullis ſuis. Has autem Succoth benoth eaſdem eſſe cum Horias Aegyptio, & Arabum التريا *Altarieh*, quod idem eſt ac ſtatio Taurina التريه (Altarie enim aliũde

nomen ſnum non inuenit, niſi à voce Arabica צור *tzuor*, quæ Taurum ſignificant. Expreſsè docet his verbis R. Iona iu 5. Amos.

סוכות בנות חוח ז כוכבי במולה אשר בלשון
אשמאלים אלתוריא

Succoth benoth ſunt ſeptem ſtellæ in Zodiaco, quæ lingua Iſmaelitica, ideſt, Arabica vocantur Altarieh. Verum de hiſce conſule Templum Aegyptiacum, id eſt primam partem Oedipi, vbi de hiſce curioſa multa tradūtur, cui reſpondent verba Abenragel, qui in ſua Aſtrologia, manſiones Lunæ deſcribens, de hac ita dicit:

الثريا هو منزل القمر في برج الثور وتسمى دجاجة
السما مع بناتها

Altarieh ſtatio Lunæ eſt in ſigno Tauri, & vocatur Gallina cæli, cum filiabus ſuis. Sunt nonnulli, qui confundunt الثريا cum بنات النعش & نغش لعازر id eſt, cum filiabus pheretri, & pheretro Lazari; quas alij Arcturum, alij Vrſam minorem dicunt, ſed quid nos de eo ſentiamus, & quid verè ſtatuendum ſit, docemus in prima parte Oedipi, quod templum Aegyptiacum notauimus; certè Pleiades ab Aeſchylo, Pindaro, Simonide ⲡⲓⲉⲩⲥⲧⲉⲁⲓ ideſt Columbas dici apud Athenæum reperio, neque alio reſpicit Homerus, quū in deſcriptione Scyphi Neſtorei πελάδας columbas Ioui canit ambroſiam pocillari, πελάδας intelligens. Sed, vt ad noſtrum inſtitutum reuertamur, vocatur ⲙⲡⲓⲁⲥ alio quoque nomine Copto ⲉⲝⲁⲥⲧⲣⲁⲛ quaſi diceret 6 aſtra, quibus ſanè verbis luculentiſſimè indicatur, aliud non ſe intelligere niſi الثريا Altarieh, hoc eſt Pleiades conſentitque id Ouid.

Pleiades incipiunt humeros tolerare paternos
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.

Initium huius ſtationis eſt nonus gradus ♉; finis vigeſimus primus eiuſdem. Sed hæc forſan fuſius quam par erat.

5 ⲡⲓⲙⲁⲣⲓⲟⲛ *Statio Hori maior*, Arabice الدبران *Aldebaran*, vocatur ſtatio Hori, eo quod ſicuti eandem ferè cæli plagam cum præcedente obtinet, ita & ab operationibus Hori maximè efficacibus in hac ſtatione denominationem ſuam inuenit: de hac ita Abenragel.

الدبران هو منزل في برج الثور فهو عين الثور
id eſt, Aldebaran ſtatio Lunæ in ſigno Tauri eſt, & vocatur oculus ♉

Sequuntur Arabes Aſtrologos omnes moderni, qui Aldabaran poſtea pro oculo ♉ ſumunt, Græcis dicitur λαμπαδίας, ab inſigni videlicet ſplendore ſic dicta, initium eius 21 grad. ♉, finis quartus ♊.

6 ⲕⲗⲉⲓⲥⲧⲟⲥ *Clauſtrum*. ſtatio Lunæ ſic dicta Arabicè الهقعه, nihilque aliud eſt, quam duæ ſtellæ in ♊, quarum prima, quæ pedes eorum præcedit, Græcis Gemino teſte ποσσὶν; altera ὁ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ſecundæ magnitudinis, Arabibus راس الجوز Ras algeuſe, hoc eſt caput ♊ dicitur. Has ſtellas duobus nominibus alijs ab Arabes deſcriptos reperio videlicet, اغرقلس وافولون *Garakles, & Apullun*, quæ res cum me perplexũ redderet, tandẽ huiuſmodi Græcis nominibus corruptis Herculem & Apollinem (quibus nominibus τοὺς διδύμους ſiue Geminos apud Mythologos appellatos lego) indicare voluiſſe inueni, incipit hæc ſtatio à quarto Geminorum, & terminatur in decimoſeptimo eorundem.

7 ⲕⲗⲉⲣⲓⲥ Arabibus الهنعه *Alhenaah* Lunæ ſtatio eſt, quã Abnragel ſic deſcribit:

الهنعه هي منزل القمر في برج التوءمان بيمنهوعا
كتف التوءمان

Alhenaah *Lunæ ſtatio eſt, quam vocant ſcapulas Geminorum, incipit autem à decimoſeptimo, & terminatur in trigeſimo* ♊.

8 ⲡⲓⲙⲉⲓ id eſt cubitus. quaſi diceres ⲡⲓⲙⲉⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲉⲙⲓⲛ cubitus Nili, Arabicè دراع الاسد *Darab Eleſſed* cubitus Leonis. Ego arbitror hanc ſtationem malè dictam ab Arabibus cubitum ♌, cum integro adhuc ſigno diſtet: dicitur igitur ⲡⲓⲙⲉⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲉⲙⲓⲛ, id eſt cubitus Nili, eo quod circa hanc ſtationem Lunæ, Nili incremen-

ta incipiebant comparere in Nilometro, in suos cubitos diuiso. de quibus nos fusè alibi. incipit autem hæc statio à principio ♋, & terminatur in 13 eiusdem.

9 ΝΑΘΡΑΧ *Statio discensus*, seu *influentiæ* Arabicè النثره *Alnathreh*, est statio ☽ in signo ♋. ita Abnragel النثره منزل القمر في برج السرطان *Alnathreh, Lunæ mansio est in signo* ♋. Ego puto esse duas stellas illas, quas Proclus ὄνους, Latini Asellos vocant. Vide Plin. lib. 18. initium huius stationis est decimus tertius ♋, finis eiusdem vigesimusprimus ♋.

10 ΠΑΡΘΕΝΟΣ *Seipsam parturiens*. Mansio Lunæ Arabibus dicta الطرف *Eltarph*. occupat totum spacium á vigesimoprimo gradu ♋ vsque ad nonum gradum ♌.

11 ΜΕΤΩΠΟΝ *Frons*. Arabicè الجبهه *Elgebhel*. statio Lunæ est in ♌ fronte, ita Abnragel.

الجبهه منزل القمر في برج الاسد وهي جبهه الاسد

Algebhet, Lunæ mansio est in signo Leonis, & est frons Leonis Initium eius nonus gradus ♌, *finit* 21. *eiusdem*

12 ΠΥΞΩΡΙΟΝ idem, ac ὑπαρχόντος, statio est, quam Scalæ Author الخرقان *AlcharKam* alij الزبره *Alzabre*, vltimamque partem ♎ occupat, ideſt vigesimumprimum grad. ♌ vsque ad quartum ♎.

13 ΑΦΕΤΗΡΙΑ *Statio Amoris*, Arabibus الصرفة *Alsarphet*, statio Lunæ est, de qua ita Abnragel.

الصرفه هي منزل القمر في برج الغدري التي هي السنبله فيرفع البرد

Altarphet statio Lunæ est in dodecamorio ♍ *quæ & Sanbalet dicitur, tollitq. frigus*, alij quoque hanc plagam vocant العمامه *Alsamach*, Græci στάχυς Latini spicam; de quo ita Aratus.

Ἣ ὁ γε δὴ φέρει στάχυν αἰγλήεντα, quæ explicans Cicero

Spicam illustre tenens splendenti corpore virgo

incipit

incipit hæc ſtatio à nono ♏,& terminatur in decimooctauo gradu eiuſdem dodecamorij virginis.

14 ΑΒΓΚΙΣ *Statio latrantis*, forſan à Canicula; quæ hoc in dodecamorio olim occidebat Arabicè العوا *Algaua*, manſio Lunæ eſt in dodecamorio ♏, cuius initium decimusoctauus gradus ♏, finis trigeſimus eiuſdem.

15 ΧΩΡΙΤΟC *Statio altitudinis*, Arabicè السماك *AlſamaK*, Lunæ manſio eſt in Libra, initium eius o gradus ♎, finis eius tertiusdecimus eiuſdem.

16 ΧΑΒΒΑΛΙΑ *Statio propitiationis*, Arabicè. الغفر *Algaphra* Lunæ ſtatio eſt in dodecamorio ♎; incipit á decimotertio grad. ♎ & terminatur in 26 gradu eiuſdem.

17 ΠΡΙΤΙΘΙ Arabicè الزبانان ſtatio Lunæ eſt cuius initium vigeſimus ſextus grad. ♎ finis primus ♏.

18 CΤΕΦΑΝΙ *Corona* Arabicè كليل ſtatio Lunæ eſt, cuius initium nonus ♏, finis vigeſimus primus eiuſdem.

19 ΧΑΡΒΙΑΝ *Cor*. Arabicè القلب ſtatio Lunæ eſt propè cor Scorpij ita *Abenragel*.

القلب هو منزل القمر في برج العقرب فهي قلب العقرب

AlKolb Lunæ ſtatio eſt in dodecamorio ♏ *& vocatur Cor Scorpij, initium eius vigeſimus primus grad.* ♏, *finis quartus Sagittarij*.

20 ΑΓΙΑ *Sancta*, Arabicè الشولة *Alſchaulet*, ſtatio translationis Caniculæ in cælum, vnde & CIWΤ vocatur. de qua ſtatione peculiari tractatu agendum in Oedipo. longitudo huius ſtationis eſt à quarto ♐ vſque in 17 eiuſdem; hæc ſtatio ab Aegyptijs quoq. vocatur CΟΛΕΚΑ ſiuè ΑCΤΡΟΚΥΝΙΝ.

21 ΝΙΕΜΕΡΕC *Statio gratiæ, & iucunditatis*, Arabicè النعايم *Elnaaim*, ita dicta, quod lętam produceret ſegetem. Statio hæc principium ſuum habet à decimo ſeptimo grad. ♐, & terminatur in trigeſimo grad. ♐.

22 πολις *Ciuitas*, Arabicè البلدة *Elbeldeh*. Statio Lunæ est intra 0 grad. & 13 ♑, de qua ita Chamus:

البلدة هو منزل القمر في برج الجدي بين النعايم ومسعد

Albeldeh. Statio Lunæ est in dodecamorio Capricorni inter Elnaim, & Meschadt.

23 σπεκτωc ideſt *Brachium ſacrificij*. Arabicè سعد الذابح *Saad eldabahh*, incipit à decimotertio grad. ♑ & terminatur in 25. grad. eiuſdem ſigni.

24 σπεκρικτωc *Beatitudo*, ſiue *brachium abſorptum*. Arabicè سعد البلع *Sead elbelah*, Statio Lunæ eſt, quæ incipit à 29. grad. ♑, & terminatur in 9. grad. ♒, vocatur hæc etiam ذنب الجدي cauda Capricorni, à Stella 1. mag. in radice caudæ fixa.

25 σπεσιπεσθηc *Beatitudo beatitudinum*, ſiue *Brachium brachiorum*, Arabicè شعد السعود *Saad elſaaud*. Statio Lunæ eſt in dodecamorio ♒, cuius initium eſt 9. grad. ♒, & finis 21. eiuſdem. Quidam Arabum hanc plagam vocant quoque فم الحوت ideſt, *Os piſcis*: Eſt enim, vt cum Græcis loquar, στόμα, τῶ ἰχθύος ἢ λεγομένω νοτίω μονάζοντος: & فم الحوت videtur ex antiquorum mente ſidus hoc potius referendum ad Piſcem Meridionalem, & ſolitarium, quam ad Aquarium. Nos igitur hanc ſtationem potius dicimus occupare eam plagam, quam Græci χύσιν ὕδατος, & ob anfractus ἀρπεδόνλω dixere; corruptè legitur in Vitruuio hoc loco ἁρμηδόνη, pro ἀρπεδόνη, quod doctos notare velim. Heſychius enim expreſsè ἀρπεδόνλω interpretatur, τῶν ἀμυδρῶν ἀστέρων χύσιν, ideſt obſcuriorum ſtellarum fuſionem.

26 σπεσθεριαη *Brachium abſconditum*, Arabicè سعد الاخبية *Saad elachbieh*. Statio Lunæ eſt, quæ incipit à vigeſimo primo grad. ♒, & terminatur in 4 ♓.

27 αρτελοc *Statio prioris germinationis*, Arabicè الفرع المقدم *Alphara elma Kadam*, ſtatio Lunæ eſt, cuius initium eſt à 4. grad. ♓, & finis eius in 17. grad. ♓.

αρτεσ

28 ἀρτεμλοσια *Posterior germinatio*, Arabicè الفرع المؤخر *Elphara elmuchar*, ſtatio Lunæ eſt, à 17. grad. Piſcium vſque in 30. grad. eiuſdem extenſa.

Atque hæc ſunt Nomenclaturæ à veteribus Aegyptijs vſitatæ, quarũ ordinem, & energiam poſt Arabes Brachmanes Indorum Philoſophi ſectati ſunt, vt ex libris eorum patet; quorum linguam non ita pridem inſtaurarunt duo Societatis noſtræ Patres, Thomas Stephanus, & Didacus Ribeiro, cum ijſdem Brachmanis multis annis in India conuerſati, ita retulit mihi P. Franciſcus Carualius Procurator Prouiuciæ Goanæ ex India Romam hic eodem tempore, quo hæc ſcribo, deſtinatus Procurator; qui & Idola Brachmanum ſecum habet, Aegyptiorum Idolis non abſimili. Sed hæc, & ſimilia ex profeſſo in Oedipo, vbi & manſionum Lunæ, virtutes, influxus, rationes myſticas, & hieroglyphicas, vti & eorundem præſides genios, ex mente Hierophantarum fuse declarabimus.

Nomina Arabica Stellarum Septemtrionalium extra Zodiacum.

IN Boreali hemiſpherico Vrſa occurrit Minor & Maior. Minor ἄρκτος μικρὰ ἅμαξα plauſtrum: cuius vltima vicino Polo· κυνόσουρα Phænicibus Arabibus الركبه Alrukba dicitur. Vrſa maior ἅμαξα μεγάλη ἑλίκη Græcis dicta, Arabibus الدبـــه Aldubbeh, id eſt Vrſa, quarum prima trium ſuper Caudam dicitur الحيان Alhaiath; vltima Caudæ الليه Arabes Chriſtiani vulgo hunc ἀσπασμὸν vocant نغش لعازر naaaſch lazzar, id eſt Pheretrum Lazari, ita tamen vt quatuor illas lucidiores quæ in corpore Vrſę quadrangulum conſtituunt, pheretrum, Caudam vero tribus maioribus fulgentem بنان النغش Benath Alnaaſch, id eſt filias pheretri dicũt, quarum nomina ſunt مريم مرثا وامه Maria, Martha, & famula, vt in ſubiecto ſchemate apparet.

بنان

بنات النعش

* *

* نعش العازر Pheretrũ Lazari.

مريم Maria * *

*

مرثا Martha

*

الامة Famula

Draco تعبان Taaban, In mappa Arabica التنين Eltanin, alij vocant راس ابن Res Aben, id est caput filij: perperam; hoc enim nomine Cepheus appellatur, errorẽ igitur, ita corrige راس تعبان Res Tabaan, id est caput Draconis.

Arcturus, Bootis stella الرمح.

Cæpheus قيفوس cuius tertię magnitudinis vocatur الذرع Aldarah humerus.

Gallina, Vultur volans, الدجاجة Aldagiagieh Gallina. ἀϕ' ἧς ὄφις λαμπρὸς, secundæ magnitudinis ذنب الدجاجة *Deneb Eldagiagie*; Cauda Gallinæ.

Cassiopæia, الصدر ذات الكرسي *Sedar dath elKarsi, pectus ipsa sedes*.

Perseus caput Gorgonis, راس الغول *Ras Algol in dextero latere fulgens*, جنبي *latus*.

Andromeda مره المسلسلة *Marat Elmosechelset mulier catenata*.

Coro-

Corona Gnosia الفتيح *Alpheta*, in mappa Arabica سملى الكليل corona dextra.

Hercules الجاثي الركبة ingeniculatum; est enim signum quod

....ἐν γουνάσι κάμπτον
ἀκλάζοντι ἔοικεν, *quod ita Cicero vertit*
ἐν γουνάσιν vocitant, *genibus quod nixa feratur.*

Capellæ المعزين *Elmaharin*, est stella primæ magnitud. in Erichtonio, seu Auriga

Ophiuchus, seu serpentarius الحاوي *Alhaui*, corruptè *Alhangue*

Auriga السماك *ElsamaK* alijs.

Telum, sagitta. الشهم *Elschaham.*

Aquila الطير *Altair.*

Pegasus الفرس *Alpharas.* equus

Equiculus الفرس المق *Alpharas ElmaK.*

Delphinus دلفين *Delphin.*

Australium Stellarum nomina extra Zodiacum.

Hæc signa à D. Iobo vocantur חדרי תימן Τεμῶα, id est penetralia, siue interiora Austri, eo quod occultentur, & nostros fugiant aspectus.

Os cæti, منكار *Manchar* rostrum cæti.

Venter cæti بطن قيطوس *Beten ElKeitus.*

Caudà cæti ذنب القيطوس deaneb elkeitus,

Orion المجارب جرزه الجبار *Almacharrab*, *Gease, elgaborr* id est bellator fortis, Gigas, quorum duæ fulgentiores vocantur prior يد الجوزه Iad elgeuze, perperã, & corruptè Bea elganze. altera رجل الجبار *regel elgebar* pes gigantis.

Eridanus siue Fluuius النهر vt *Elnabar*, corrupté *ElKarnar*.

Lepus ارنب *Arneb*.

Canis maior الساري اليمني *Alschari eliemani*, vocatur etiam ab Aegyptijs, ἀστρονόμων Σώθη & σολιχή, à Græcis Σείριος Virg. 4. Georg.

Iam rapidus torrens sitientes Syrius Indos
Ardebat cælo.

Canis minor الشاري الشمالى, *Alschare elschemali*, Græci προκύων, Antecanis; ita Aratus

..... *& hic Geminis est illa sub ipsis*
Antecanis Graio προκύων qui nomine fertur

Argo Nauis مركب *MarKeb*. Aegyptijs ϰϧΠΟϩϐ.

Hydra الوجه *Alhauieh*.

Crater الورد vel فرمز *Aluarad Alpzharmaz*.

Crater الطاس *Altas*.

Coruus الغراب *Algorab*.

Acerra المجرامه *Almegrameth*.

Corona Australis اكليل Corona *EKlil*.

Atque hæ sunt constellationes, quarum Arabes in suis Libris, Mappis & Astrolabijs mentionem faciunt. Quas etiam in gratiam eorum, qui Astronomiæ Arabicæ operam dare volunt, adiungendas duxi, Aegyptiacæ veterum appellationes cum fusiorem tractatum requirant, Oedipo reseruauimus, vbi & singula fusius discutientur.

C A-

CAPVT VI.

De Ponderibus & Mensuris Aegyptiorum.

INTER cætera, in quibus decernendis indefessa hucusque philologorum desudat industria, non minimum locum occupat ea, quæ de ponderibus & mensuris est materia sanè vti abstrusa, ita difficilis, & à nemine hucusque penetrata, cuius quidem difficultatis aliam rationem non inuenio, nisi diuersos diuersarum Nationum vsus & consuetudines, quibus non dicam rationes; sed & ipsa adeo oppida inter se disidere videntur. accedit varia temporum conditio, principumqae voluntas, qua rerumpubl. necessitate sic postulante, leges modò conduntur nouæ prioribus irritatis, modò rerum per contractus ciuiles acquirendarum valor augetur, vel minuitur: vnde ex perpetua mutationum huiusmodi vicissitudine magnam rerum incertitudinem oriri necesse est, quæ vti in omnibus à principum voluntate dependentibus, ita & potissimum in hac materia de ponderibus & mensuris quæ sunt veluti, instrumenta quædam iustitiæ, quibus vnicuique, quod suum est decernitur, locum habet. Nemo igitur miretur, si tantam viderit Authorum circa dictam materiam disceptantium inconstantiam; cum si nomina ipsa excipias, ponderum & mensurarum præsertim veterum determinata quantitas, non incerta dumtaxat, sed & Authorum æquiuocatione ita deprauata, vt vix vlla de ijs certa notitia haberi possit: cum igitur hanc literarum calamitatem, non sine dolore intuerer; fontes ipsos adeundos, vt aliquid tandem certi statui possit existimaui, quod facere videor, dum Nomenclaturas ponderum & mensurarum in hac Scala magna nominum Coptorum, exhibitas quidem, at non vt voluissem minutim discussas, in hoc supplemento, denuò, ne Lector in ijs quæ tradidimus dubius perplexusq; hæreret, explanare aggredior.

Quadruplicis generis mensuræ in Scala proponuntur, quarum primi generis sunt mensuræ interuallorum, quibus in mercimonijs agrorumq; dimensione vtimnr, cuiusmodi sunt, pes, palmus, vlna, brachium, passus, cubitus, calamus, stadium, milliare, perasanga, leuca.

Secundi generis sunt mensuræ aridorum, cuiusmodi apud Hebræos

erant Chorus, Gomer, Ephi, Cabus. & apud Græcos Medimnus, Chœnix, Cotyla, & apud Romanos modius.

Tertij generis sunt mensuræ liquidorum, quales sunt Hebræorum Bathus, Hin, Log. Græcorum Amphora, Vrna, Metreta, Congius, Romanorumque sextarius & Cyathus.

Quarti generis sunt ponderum diuersorum appellationes, quales sunt Hebræorum Kicarim, Minæ; Sicli, Gheræ. Græcorum, & Romanorum Talentum, Libra, Vncia, Denarius, Drachma; de quibus singulis etsi in Scala tractetur, quia tamē in varia dubia eæ trahere possunt Lectorem, hic enucleatius describendas duxi. Mensuræ igitur veterum Aegyptiorum ad interualla metienda apta erant.

πιλϛκος ✣ ϯερϯω ✣ ϸϛϩοϯ ✣ πικϩωϊπϯεπιϩιπϣγι ✣ ϯϲϯϩϩιοη ✣ πιεϵλλων ✣

πιλϛκος Aegyptia mensura idem est, quod Græcis λίχας, Arabibus شبر pheter, estque interuallum inter pollicem & indicem, cum quam fieri possit, maximè distenduntur, ita pollex ἐπὶ δὲ τὸ μέγαν δάκτυλον τῷ λιχανῷ αὐπτάνας, τὸ μέτρον λίχας. id est si pollicem ad partem indici contrariam tendis, mensura lichas dicitur, ac decem digitorum est; ita citato loco Author ποιεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου πρὸς τὸ τοῦ δακτύλου ἀκρὸν δακτύλους δέκα. Interuallum inter pollicem & summam indicis partem, efficit decem digitos. At lichade longior est nimirum vno digito, ὀρθόδωρον, quod rectum palmum interpretor, videlicet inter primam palmæ partem quam κάρπον vocant, & supremam medij digiti; ita Pollux, & Hesychius,

Palmum autem Aegyptij ϯερϯω شبر Schabar Arabes vocant, ac 4 digitis constat. Græcisque δοχμὴ dicitur. ita pollux δοχμὴ δὲ συγκλῳδώντες οἱ τέσσαρες δάκτυλοι, dogme verò sunt 4 digiti concluſi, transuersa enim manu metimur, hac mensura vtitur Aristophanes in equitibus. Allantopola verò de Corio loquens carpit Cleonem καὶ πρὶν ἡμέραν φορῆσαι μεῖζον ἢ δίσπιν δοχμῆν antequam dies abiret, maius bino palmo erat, δοχμὴ verò δακτυλοδοχμὴ, παλαιστὴ, & δῶρον, idem significant & vnaquæque πεντεδάκτυλος ab Hesychio describitur.

ϸϛϩοϯ mensura est quam Arabes الباع الاقلما vocant, eadē est

cum

cum vna, estque extensio vtriusque brachij in longum cui altitudo hominis æquatur. nos ex Copto interpretamur eum cubitum maiorem; Quod vt intelligas notandum est, apud Aegyptios varium fuisse cubitum. Nã alius erat 24 digitorum, alius 32, quidam arundinem seu calamum aut perticam: alius staturam hominis adęquabat; ita Abulfeda Arabs in prolegomenis Cosmographiæ suæ, verba eius sunt.

واعلموا ان بين القدما المصر والمحدثين ايضا اختلافا في الاصطلاح
على الدراع والميل والفرسنج واما الاصبع فليس بينهم
فيها اختلاف لانهم اجمعوا واتفقوا ان كل اصبع ست شعيرات
معتدلات مضموم بطون بعضها الى بعض اما الدرع فالخلاف
بينهم فيه خفيفه لانه عند القدما اثنان وثلثون
اصبعا وعند المحدثين اربع وعشرين اصبعا
ودراع القدما اطول من دراع المحدثين ثملن اصبعا
وهو سر الكهنه ✡

Id est, *sciatis igitur, quod inter veteres & recentiores de cubito, milliari & parasanga multum controuertitur, & de digito quidem conueniunt in hoc, quod omnis digitus sit mensura spacij quod 6 grana hordei explent, æqualia & secundum latitudinem iuxta se posita. In Cubito verò discordant aliquantulum. est enim antiquis cubitus vnus 32 digitorum recentioribus verò 24; ita vt veterum cubitum, cubitus recentiorum superet 8 digitis*; cubitum autem maximum calamo seu perticæ, vti & staturæ hominis æquatum infra probabitur. Porrò digitum 6 granis hordei constare, Rabbini quoque affirmant hisce verbis:

ויש לאמה ו טפחים ולפח אחד ד אצבעות
בגדל ולאצבע וגרגרי שעורה וזה אמה של
משה אמה התורה וחכמין:

Habet autem omnis cubitus 6 palmos, & palmus 4 digitos in pollice; & digitus 6 grana hordei, & hic est verus cubitus legalis & ædificij, scili-

scilicet quo lex in ædificiorum & structurarum descriptione vtitur, quæ & Rassi hoc loco affirmat:

ואצבע ו גרגרי שעורה

habet digitus 6 grana hordei, quæ eõsonant Syriaco, *digitus 6 granorum hordei mensura est*. Ex his patet cubitum minorem videlicet 24 digitorum æqualem esse cubito Mosaico seu legali; est autem cubitus longitudo tanta, quanta est à brachij flexura, seu prominentia exteriori, vsque ad medij digiti summitatem; siue quod idem est à medio pectore ad cubitum ipsum, seu flexuram brachij, quod spacium priori, teste Polluce, prorsus æquale est.

Ἀπὸ δὲ τῆς ὠλεκράνῳ πρὸς τὸ μέσου δακτύλου ἄκρον τὸ πῆχυς, καὶ ἔχει τὸ πόδα καὶ μίσον, καὶ σπιθαμὴ ἀπὸ τοῦ μέσου τοῦ στήθους πρὸς τὸ ὠλέκρανον τῆς πρωτέρας ἴσον.

id est *à flexu cubiti, vsque ad medij digiti summum, interuallum cubiti pedem continet & medium, cui interuallum à medio pectore ad flexuram cubiti æquale est*, continet autẽ vt dixi huiusmodi digitus 6 palmos, & palmus 4 digitos in pollice, & consequenter 24 digitorum cubitus vnus, qualis est quem iam explicauimus Aegyptiorum vulgaris, & legalis Hebræorum. Ex quibus patet cubitum huiusmodi quater sumptum perfectè explere hominis longitudinem (quæ sumitur ab extensione brachiorum) & altitudinem siue staturam eiusdem. His igitur præmissis nunc ad reliqua.

πικαψιντεπιτηψι, vel etiam πικαψιντεπιχινψι in Scala Calamum mensorũ interpretatus sum, & diligentiori scrutinio huic voci incumbens, deprehendi tandem illud significare calamum Ibidis, seu Ciconiæ Aegyptiæ; ita vt hæc vox ex πικαψ & πιτψ quorum illa crus, tibiam, calamum, arundinem, hæc Ibin & Ciconiam significat, composita intelligatur. Quasi diceres passum seu vlnam Ibidis; quod ab Ibidis incessu primum sit inuentus & obseruatus. Nam vt rectè Clemen. Alexandr. ἀριθμοῦ γὰρ βηματίας καὶ μέτρα μάλιστα τὰ ζῶα ἡ ἶβις ἀρχὰς παρεσχῆσθαι τοῖς τῶν Αἰγυπτίοις. *numerum videlicet inuentionis & mensuræ maximè ex animantibus videri præbuisse Aegyptijs ibidẽ*; Solebant enim veteres Aegyptij vsurpare, vt plurimum mensuras ex animantium incessibus constitutas; quæ cum idem semper ex naturæ

necessi-

necessitate agerent, assumptæ quoque mensuræ certiori solidioriq; stabiliebantur fundamento. Qualis autem hic passus Ibidis fuerit iam restat inquirendum: certè altitudinem hominis adæquasse reperio; simulque fuisse mensuram trianguli Ibiaci; ita Albenephi de sacro Aegyptiorum cultu. verba eius sunt sequentia.

وباع المصريون هو طول الانسان فاسمه باع كبير الكركي ومساحه
المثلث الكركي وهو سر الكهنه ۞

Baa mensura Aegyptiaca tanta quanta hominis perfecti altitudo, & hanc vocabant passum magnum Gruis, & mensuram trianguli Ibiaci, & hoc erat arcanum Sacerdotum. Quid triangulum Ibiacum sit in prodromo diximus, quis autem aut quantus passus Ibiacus fuerit in eo inueniendo, quantum æstuauerim dici vix potest; secretum tamen Deo dante erui, vt ostendo. Cum enim altitudo hominis, è quatuor cubitis communibus Ægyptiorum constet, vnus quoque cubitus 6 palmis cum 4 digitis, debet necessariò vnus cubitus communis constare 24 digitis, & consequenter ⲟⲩⲃⲁϩⲟⲩ seu Baa (quam supra vti & in Scala, mensuram spacium vtriusque brachij in longum perfectè explentem interpretati sumus) 46 digitis constabit. At totidem digitorum cubitum mysticum, seu sacrum Aegyptiorum, quem passum Ibidis vocant, inuenio hac ratione; cum Ibidis crus, seu tibia Albenephi & Abulfeda teste æqualis sit cubito maiori Aegyptiorum videlicet 32 digitorum. Ibis quoque ambulando τρίγωνον ἰσοπλεύρον, Plutarcho teste conficiat, erit Ibiacum trigonum 96 digitorum, ἰσοσκελὲς τρισὶ πήχεσι τεσσαράκοντα δύο δακτύλοις, id est 32 digitorum, & altitudini humanæ è 4 cubitis constantis staturæ. atque hoc est mysterium illud Sacerdotum, de quo loquitur Albenephi quod & nomen Coptum ⲟⲩⲃⲁϩⲟⲩ, confirmat. idque dupliciter scribere solebant, primo ita ⲟⲩⲃⲁϩⲟⲩ cubitus videlicet 32 digitorum, deinde hac ratione ⲟⲩⲃ̅ϩⲟⲩ quo cubitum maximum notant, quem & ⲡⲓⲕⲁⲩ ⲛ̅ⲧⲉⲡⲓⲧⲏⲩⲓ, id est passum Ibidis tricubitalem, siue calamum, aut arundinem, seu crus Ibidis triplicatum, Arabicè القصبه الكركي Scala vocat, qui passus longitudini humanæ exactè respondent. quem & passum ὀξύπουν

non

non immeritò appellare possumus, totidem enim pedum hominis optimè proportionati staturam assignant Geometræ. Mysteria autem, quæ sub hoc passu recondita habebant, & quomodo sub hac mensura Mercurium repræsentabant, cum altioris considerationis, quam vt hic tradi possit, Oedipo seruendum relinquimus.

ΣΤΑΔΙΟΝ idem quod stadium sonat, Arabicè الغلوه eratque apud Aegyptios varium: quidam id faciebant 65 cannarũ seu perticarũ, alij 85; nec desunt qui id difiniant spacio 400 cubitorũ, ita Author Scalę

الغلوه خمسة وستين قصبة وقد وجد في نسخة عتيقة مره ان الغلوة خمسة وثمانين قصبة فيقال ايضا ان الغلوه اربع مايه ذراعا

id est, *Stadium est 65 calamorum & inuentum quoque in antiquo exemplari, stadium esse 85 calamorum seu perticarum. dicitur etiam quod stadium sit 400 cubitorum, seu brachiorum & dicitur Iactus sagittæ.* Atque hæc vltima mensura respondet exactè stadio Græcorum, cum enim Suidas στάδιον ἔχειν πόδας χ, *Stadium sexcentos pedes habere dicat* & Herodoto in hoc subscribat, pes autem 16 digitorum sit, siue 4 palmorum. iuxta verba citati Herodoti in Euterp.

Ἐξαπόδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης καὶ τετραπήχεος τοῦ ποδὸς μὲν τεσσαραλαίστου ἐόντος τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου

Vt passum 6 pedibus metiamur, & quatuor cubitis, pedes verò sunt 4 palmorum, cubitus autem 6 palmorum, quæ Suidas affirmat ὅπως ἔχῃ δακτύλους ις. pes autem habet digitos 16. & hoc eodem vtitur Solon in legibus, vt est apud Plutarch. Cum igitur stadium Aegyptiacum dicatur habere 400 cubitos, cubitus autem maior Aegypticus sit, vt supra probatum est, 32 digitorum, id est 2 pedum, quorum vnus 16 digitis æquiualet; ergo 400 cubiti æquiualebunt 600 pedibus, nimirum stadio, vt cuilibet eos resoluenti patebit, erit igitur stadium Aegyptiacum æquale stadio Græcorum, quod ostendere oportebat. Si autem accipiamus calamum pro passu Ibidis, quam 96 digitorum determinauimus, erit stadium sc. 85 Calamorum, spacium 340 cubitorum minorum, siue quod idem est 510 pedum. Vnde triplex apud Aegyptios stadium fuisse colligimus; maius, mediocre, minimum. Maius 400 cubitorum; mediocre 340, minus 260 cubitorum. prius tamen proprium Aegyptium est.

ΜΙΛΙΑΡΙΟΝ *milliare*, Arabicè الميل constat autem omne milliare 3 stadijs, ac vna parasanga 3 milliaribus; ita Author Scalæ.

الميل وهو سبع غلوات وكل ثلثه اميل فرسخها والفرسخ الف واربع مايه دراعا وتكون خطا ثلثه الف خطوه ✡

Milliare autem continet Septem stadia, & 3 singula milliaria constituunt vnam parasangam, & parasanga 1400 cubitos, seu brachia, suntque spacium 3000 passuum, cui in omnibus consonat Abulfeda, qui milliare Aegyptiacum, ita definit.

واما الميل فهو عند القدما ثلثه الاف دراع وعند المحدثين اربع الاف دراع والخلاف بينهم فيه انما هو لفظي وان مقدار الميل عند جميع شي واحد وان اختلفت اعداد الاذرع لانه على التفسيرين ست وتسعون الف اصبع واذا قسمتها اثنين وثلثين اثنين وثلثين كان المتحصل ثلثه الالف دراع واذا قسمتها اربع وعشرين اربع وعشرين كانت اربعه الاف دراع واما الفرسخ فهو عند القدما وعند المحدثين ثلثه اميال لكن جي الخلاف لفظما في الفرسخ اذا جعل اذرعا بذراع القدما تسعه الاف دراع وبذراع المحدثين اثنا عشر الف دراع وهو على التفسيرين ثلثمايه الف اصبع تنقص اثنا عشر الف اصبع واذا علمت ان الفرسخ عند القدما تسعه الاف دراع والميل ثلثه الاف دراع وعند المحدثين الفرسخ اثنا عشر الف دراع واعلم ان الميل على التفسيرين ثلث فرسخ وكل فرسخ ثلثه اميال باتفاق ✡

id est, *milliare quidem apud Antiquos* 3000 *brachiorum, seu cubitorum est, & apud Neotericos* 4000: *differentia sola in hoc consistit. quod, etsi denominatio milliaris eadem sit apud omnes, numerus tamen cubitorum variet. Iuxta interpretes enim* 1 *milliare est* 96000 *digitorum, quae si partiaris per* 32, *erit quotus* 3000 *cubitorum, & si diuiseris*

uiseris eundem numerum ptr 24, proueniet 4000 cubitorum (1 milliare.) Parasanga verò apud Antiquos & apud Neotericos, est 3 milliariorum, sola differentia est in varia denominatione cubiti, si enim sumpseris cubitum pro cubito antiquorum; erit 1 parasanga, 9000 cubitorum, & iuxta cubitum recentiorum 1200 cubitorum, quæ sunt iuxta interpretes 300000 digitorum minus 12000 digitis: sciat autem, quod parasanga apud antiquos 9000 cubitorum, apud Neotericos verò parasanga 12000 cubitorũ. Verum qui hæc exactus cum superioribus contulerit, insignem sanè concordiam rerum inter se inueniet, sed his relictis, ad mensuras aridorum, & liquidorum nos conferamus.

De Mensuris Aridorum & Liquidorum Ægypto usitatis.

IN mensuris Aridorum, Liquidorumque Aegyptios à Græcis aliquantum discrepare inuenio, cuius rei causam vt indagemus, nihil restat, nisi vt vnum cum altero exactè conferamus. Corum igitur vocãt Aegyptij ⲡⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲛⲥⲁⲁ, quẽ hisce verbis interpretatur Arabs.

الصاع المكر القمح ارجعه امداد

id est, Saa Corus est, seu vas farinæ 4 modiorũ. Hebræi verò ita eam describunt: כור תחדה מעשר איפות והם שלישים כור

Corus mensura aridorum continet decem *Ephi*, & triginta *Sata*, verum antequam vlterius progrediamur, quid Ephi, quod satum, quid satus prius explicandum est, cum enim corus, inter mensuras non aridorum duntaxat, sed & liquidorum omnium maxima sit, erunt reliquæ omnes tanquam partes ad totum accipiendæ: Epha igitur Aegyptij, ⲉⲫⲓ vel sine articulo ⲫⲓ, Arabicè الوبية *Aluaibeh*, hanc corruptè οἶφιν vocat Hesychius, quam ethis verbis describit: μέτρον τι παρ' αἰγυπτίοις Αἰγύπτιον, id est Oephin seu ⲫⲓ mensura quædam Aegyptiaca est, quatuor chænices continent. Chænix autem 2 sextarijs Romanis Aequiualet, ponderis in vino, vel aquæ vnciarum Romanarum 40; ita Ephi, seu ⲫⲓ mensura contineret

8 sexta-

8 sextarios, Ephi autem Hebraicum, est decima pars Cori æqualis Batho: in hoc solum modò discrepantes, quod Ephi aridorum, Bathus verò liquidorum mensura sit. continet autem Ephi 3 sata hoc est 432 oua: ita Author IalKut

איפה ג סאים וסאה ו קבים וקב ד לוגין ולוג ו בצים

Continet autem Epha 3 sata, satum 6 cabos, & cabus sex log, & log 6 oua, ex quibus apparet, differentes esse mensuras Cori Aegyptiaci & Hebræi, corus enim Aegyptiorum vas est 4 farinæ modios continens. corus autem Hebræorum continet modios 47. nisi forsan modium pro 7 satis accipiant, de quo infra. Cum igitur corus à coro differat Ephi consequenter ab ⲥⲁⲧⲟⲩ Aegyptio differre quis non videt; sed & Bathus Aegyptiacas differt ab Ephi Aegyptiaco, quas nos eiusdem esse diximus apud Hebræos, Aegyptij Batum vocant ⲡⲓⲃⲁⲑⲟⲥ ⲛⲛⲉϩ, id est Bathos olei ⲛⲉϩ enim oleum in lingua Copta significat, quæ explicat Author Scalæ his verbis القفيز الزيت ستين قسط id est *vas olei 60 Kosti*. Quod verò قسط Kost sit Serapion Arabs his verbis explicat,

قسط عند الروميون هي رطل مع اثنين الثلثين

ideſt, *Kosti apud Romanos, est libra cum duabus tertijs, ideſt 20 vnciarum*, cui subscribit ijdem pænè verbis Aben Sina: qui vero apud Latinos Kist & Aksat distinguũt, distinguũt singulari à plurali; cũ Kist & Aksat eadẽ mensura sit, numero tantũ distincta. quæ ideo appono, ne Lector ignotus linguæ in huiusmodi incurrens impingat; Kostus igitur vnus cum secundum Arabes æquiualeat 20 vncis Romanis erunt 60 Kosti 1200 vnciarum, qui exacte 100 libras explent, atque tantus est batus Aegyptiacus iuxta interpretationem nostri Authoris, dum dicit:

ⲡⲓⲃⲁⲑⲟⲥ ⲛⲛⲉϩ قفيز الزيت ستين قسط

Batus, siue Kaphiz vas olei 60 Kosti.

Diximus in præcedentibus, Corum & Ghomer eandem mensuram esse, sed inueni apud Aegyptios, & hanc quoq. differentẽ esse à Coro-

nam ⲡⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲁⲥⲁⲁ saam, siue vas farinæ 4. modiorum significat. ⲡⲓⲕⲁⲉⲉⲣ verò Agyptiorum duplex est, maior, & minor; Maior qui & ⲡⲓⲥⲩⲛⲧⲁⲓⲕⲁⲉⲉⲣ vocatur, est modius maior, continet alios triginta modios; ita author Scalæ المد الكبير ثلثين مد *Modius maior 30. modiorum*. & modius minor ⲡⲓⲕⲁⲉⲉⲣ 15. modiorum; ita in Scala المدا اصغير خمسة عشر مد *Modius minor 15. aliorum modiorum capax*. Ex quibus colligo ⲕⲁⲉⲉⲣ & مد seu modium maiorem hoc loco accipi pro Coro Hebræorum, & modios, quibus cõstat, pro satis; hac ratione Chomor Aegyptiorum reducemus ad Corum Hebraicũ; quem 10 Ephis, & 30 satis constare probauimus. Accipitur igitur hic modius pro modio vno Hebraico, & Italico cũ dimidio qui cõficit vnum satum. ergo Corus Hebræorum modius, seu komor maior Aegyptiorum, pro eadem mensura accipiuntur. Minor autem modius, seu Komor, constat 15. modijs, subduplus videlicet, ad maiorem. Ex his igitur præmissis, facilè reliquas Aegyptiorum mensuras determinabimus.

ⲧⲥⲁⲁⲛⲓ Est modius Saæ continens 22 Koſt, ita Author Scalæ.

المدا الصاع تسع اثنين وعشرين قسط وهذا الاسم في الابوغالمسيس وذكر الجوهري ان المد مكيال وهو رطل عند اهل الحجاز ورطلان عند اهل العراق الصاع اربعة امداد ✡

Hoc est, *Modius continet 22 Koſt, & hoc nomen inuenitur in Apocalypsi meminitque eius Alhuari, aitque: Modium hunc mensuram esse, quæ apud Habazæos Arabes, libram, & apud Arakeos duas libras valet: Saa verò quatuor modios continet.*

Explicemus iam verba Authoris: Dicit igitur primò, Modium, seu mensuram Saæ, continere 22. Koſt; cum igitur superius ex Arabe Serapione ostenderimus, vnũ Koſt constare 20 vncijs vnius libræ in 12 vncias diuisæ; constabit igitur Modius Saæ 36 libr. cũ 8 duodecimis. Modius autem hic, vt rectè dicit Alhuari, diuersus est apud diuersas gentes, vt proindè non exiguam confusionem pariat huiusmodi mensurarum æquiuocatio, non aduertentibus ad singulas vocum circumstantias: addit in fine, vnam Saam constare quatuor modijs talibus, videlicet, qualis

vnus

vnus cõstat 36.libr.cũ 8 duodecimis,ita vt vna Saa constat 165 libris, & 8 duodecimis.Vnde patet ⲡⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲁⲁ ideſt Corum Aegyptium æquialere Saę, vti ex ſuperioribus patet. Saa enim eſt Corus farinæ quatuor modiorum,talium, qualium vnum diximus tenere 36. lib. & 8 duodecimas. Patet etiam menſuram Aegyptiorũ ⲧⲣⲓⲁⲡⲓⲛ eſſe quartam partem ⲡⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲁⲁ. Colliges denique Lecythum, Cantarum, ſiue Lagunculam Eliæ, quem Coptitæ vocant ⲡⲓⲕⲁⲛⲥⲁⲕⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲏⲗⲓⲁⲥ valere quatuor Koſt, ita Interpres

قلـــه ايليـــاص اربعـــه قســـط

quæ ſunt lib.6.& 8 duodecime Hydria autem,quem Coptitæ appellant ⲧⲉⲥⲣⲓⲥ, continet 19 Koſt; ita Author noſter وجره تسع عشر اقساط *& hydria continet decem modios.* ideſt 16.lib.cum duabus tertijs. Vter autem vini,quam Coptitæ vocant ⲡⲓⲛⲉⲥⲃⲏⲗⲓⲛⲏⲣⲡ, & Arabes ita deſcribunt. الزق الخمر الكبير مايه وخمسين اقســـاط *Vter vini maior eſt* 150. *Koſt,* id eſt 250. libras pendet.

ⲧⲁⲗⲁⲃⲁⲥⲧⲣⲟⲛ denique,ſiue Alabaſtrum vnguenti, 9.Koſt, & totidem libris conſtat id eſt 24.libris, ſiue 24. Sextarijs Romanis.

ⲡⲓⲧⲣⲉⲙⲉⲧⲣⲓⲧⲏⲥ tres Hydriæ, ſiue Metretæ Cana Galilææ, quarum vnaquæque continet 72. koſt, ita Author Scalæ.

الثلث اجاحين التي ابرلها السيد خمرا تسع كـــــل واحده
اثنيـــن وسبعيـــن قسطا ويقال ان الصـــاع ثلثيـــن مدا والمـــد
ثلثه وبيـــــات ✡

Tres Hydriæ, ſiue Metretæ,in quibus Dominus aquam in vinum conuertit,continet vnaquaque earum 72.*Koſt, & dicitur,quod Saa* 30. *modios, & modius* 3.*Ephi contineat.* Hydria igitur Canæ 120 librarum, & Saa 30 modiorum, & modius 3 Ephi, hoc loco æquialet vni Coro,ſeu Ghomer Hebræorum, continente 30 Sata, ſicuti Ephi 3. Sata, vti dictum eſt.

ⲡⲓⲗⲟⲕ Coptè idem ſonare videtur,quod Hebræis לוג Log, etſi menſura differat, Log enim ſupra 6 oua tenere oſtendimus; ⲡⲓⲗⲟⲕ autem

autem, seu Congius, hic continet 9 Kost, quæ sunt 13. lib. cum duabus sextis.

πιλακ autem Sacer, vt eum Coptitæ vocant, continet 6 Kost, quæ sunt libræ 10. Sed hæc fusiùs cum mensuris Græcorum, Hebræorũ & Romanorum conferre poterit Lector, nostrum tantum est fideliter mensuras iuxta Aegyptiorum mentem interpretari,

De Artaba.

πιερτωβ celeberrima Aegyptiorum mensura est, quem corruptè passim Ardabam, Arabes الاردب alertob, Syri ܐܘܪܕܒ ardubo vocant: qualis autem hæc mensura, & quanta fuerit inter Authores controuersũ est. Suidas ait: ἀρτάβη μέτρον μηδικὸν, οἵτινες ἀττικὸς μέδιμνος, Artaba mensura medęa, ideſt medorum, frumenti Atticus medimnus. Medimnus vero Atticus mensura est sex modiorum, teste Cornelio Nepote in Attici vita. Quidam dicunt communem esse Persis, & Aegyptijs mensuram; ita Aristophanis interpres in Acharnensibus de Artaba, περσικὸν δὲ καὶ αἰγύπτιον τὸ ὄνομα, *Persicum autem & Aegyptium nomen*. Nos dicimus Ardabam, Aegyptiacè πιερτωβ mensuram liquidorum esse, quinq. modios continentẽ; ita Græcus quidam αἰόνυμος de ponderibus, & mensuris ãpud Agricolam:

Αἰγυπτία ἀρτάβη ἔχει μοδίους ε΄· ὁ δὲ μόδιος ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Ἰταλικὸς ἔχει χοινίκας η΄· ἀρτάβη τοῦτο τὸ μέτρον καὶ Αἰγυπτίως καλεῖται δὲ ἐβδομηκόντα δύο ξεστῶν.

Aegyptia Artaba capit modios quinque, modius Aegyptius, & Italicus continent chenicas octo. In eadem sententia reperio S. Hieronymum fuisse, cuius hæc sunt verba lib. 11. in Commentariorum in Esaiam. *Es pro triginta modijs, quos nos pro Coro posuimus, qui Hebraicè* חומר *dicitur, Septuaginta vertunt ἀρτάβας ἕξ, quæ mensura Aegyptia est, & facit modios triginta: si enim sex artabæ capiunt modios triginta, vnaquæque capiet modios quinque.* Alij tamen contra sentiunt; ita Fannius, qui eam minorem ac diximus, facit.

Est etiam in terris, quas aduena Nilus inundat,
Ardaba, cui superat modij pars tertia post tres
Namque decem modijs explebitur ardaba triplex:

ideſt

Id est, Artaba Aegyptia capit tres modios, & tertiam modij partem, à quo discordat Epiphan. qui Artabam Aegyptiam esse 72 sextariorum, siue vno medimno Attico; eritque ita æqualis Artabæ medicæ, ἀρτάβη, inquit, τοῦτο τὸ μέζον καὶ Αἰγυπτίη ἐκλήθη ὅτι δὲ ἑβδομηκόντα δύο ξεστῶν, idest. *Artaba, hæc mensura ab Aegyptijs vocata fuit 72 sextariorũ.* Eritque hac ratione, secundum Epiphanium, Ardaba eadem ac Ephi mensura. Vt autem tantæ de Artaba opiniones dissoluantur, dico, Ardabam Aegyptiam triplicem fuisse; primã, eaque maior capiens amplius quam Medimnus Atticus, Chænicas 6. & tantam quoque fuisse Persicam artabam, quæ cum Aegypriorum passim confunditur, Herodotus Auctor, est. ἡ δὲ ἀρτάβη μέζον ἐστὶ περσικὸν χωρίον μεδίμνου Ἀττικοῦ πλέον χοινίξι ς Ἀττικῇσι. id est, *Artaba mensura Persica capiens amplius, quam Medimnus Atticus, Chænicas Atticas 6.* Vbi insignis error Interpretum eluceſcit, pro ς. ξίσι, legentium, hoc est 3. decepti senario numero Græcorum ς. τῷ γ. notæ ternariæ simillimo, quem eruditos notare velim. Alteram Artabam, Attici Medimni capacem diximus, Medis quoque vsitatam. Tertiam quinque modiorum esse supra ostensum est. Verum iam hoc ipsum ex fontibus ostendamus. Aegyptij has 3. artabas vocant ⲡⲓⲉⲣⲧⲁⲃ vt ex Scala patet: Prima ⲡⲓⲙⲓⲥⲩ ⲛ ⲧ ⲓⲉⲣⲧⲁⲃ vocatur, id est Ertob maior, altera ⲡⲓⲙⲉⲥⲟⲛⲓⲉⲣⲧⲁⲃ, id est, Ertob media. Tertia ⲡⲓⲉⲣⲧⲁⲃ Piertob, ardaba communi, passim, quæ omnia Interpres pulchrè explicat.

ولاردب كبير مدوحده وستة امداد ولاردب وسده وهي مد وحده
ولاردب صغير مهي خمسة امداد ۞

Artab maior vnum modium maiorem (quem supra Medimno æqualem diximus) *& sex insuper modios paruos* (quos cum Chænicibus æquauimus) *continet*; *& Ertob media modij vnius, ideſt Medimni Attici, & Ertob minor quinque modiorum*. Quæ omnia perfectè cum dictis congruunt. congruitque Hebraica descriptio Baal Aruch.

ארדב מדה קטנה במצועא פי השוכר את האומנים דף פי מדה
גדולה נהוגה בארץ מצרים עד היום ;

Hoc

Hoc est, *Ardab mensura parua aquæ. Media explicatur dimensum quotidianum operarum, siue opificum. Tertia significat mensuram magnam, usitatam in Aegypto, in hunc usque diem.* Ex quibus omnibus hucusque dictis patet; sex artabas, Septuaginta Interpr. Coro Hebræorum æquales fuisse. id quod disertis verbis Eupolemus Græcus, idemq. antiquissimus, & magnæ authoritatis Scriptor apud Eusebium traditum reliquit; quem citato loco consule. atque hæc de Artaba sufficiunt.

De Ponderibus Aegyptiorum.

MAximum ponderum Talentum cum sit, ab eo principium disceptationis nostræ ordimur.

ⲡⲓⲭⲓⲛⲟⲥⲱⲣ Aegyptijs idem quod Talentum est, pendetque 120 libras: ita Alsamenudi in Scala:

الوزنه وهى مايه وعشرين رطـــلا

Aluazne est talentum, seu pondus 120. librarum. Talento vero Hebræorum 5. libris minus: est enim KiKar Hebraicum 125. librarum, secundum Hebræornm veram sententiam, cui subscribit Suidas, τὸ τάλαντον ἔχει πόνδους ἑκατὸν εἴκοσι λίτρας ρκε. apud quosdam talentum habet centum vigintiquinque libras.

ⲙⲛⲁ idem quod mina, cõtinet viginti vncias, ita Alsamenudi.

المنو جمع عشرين اوقيه وهي ثمنه وعشرين دينارا

Mina verò continet viginti vncias, & sunt 28. denarij. atque hæc maior est mina Ptolemaica, & Italica 2. vncijs, estque propriè mina Alexandrina, de quibus Dioscorides de pond. est

μνᾶ δὲ ἡ τελεία ἡ ἐξ ὧν ζητεῖται ἔχει ὀγκίας εἴτε δραχμὰς ρκη. ἡ μνᾶ Ἰταλικὴ. τὰς ὀγκίας ιη. εἴτε δραχμὰς ρ μ. ἡ μνᾶ τῆς Ἀλεξανδρίας ἔχει ὀγκίας κ. εἴτε δραχμὰς ρ ξ.

ⲡⲓⲥⲉⲕⲗⲟⲥ Siclus Aegyptius, ita explicat Alsamenudi,

وهو جمع ربع اوقيه Siclus Aegyptius pondus est, seu vas, quartam vnciæ partem, siue quatuor drachmas pendens.

ⲧⲁⲉⲓⲁ

ⲧⲁⲉⲥⲕⲓⲧ verò, quem Alsamenudi drachmam interpretatur, est octaua vnciæ pars; verba sequuntur.

الدرهم ثمن اوقيه وفي نسخه ثلثي اوقيه

Drachma octaua pars vnciæ est. & legitur in antiquo exemplari, quod duæ tertiæ vnius vnciæ sint.

Fuit autem drachma sicut ipsum nomen indicat, Græcorum propriũ pondus, & signatum numisma, quod cum rerum potirentur Græci, ad Romanos translatum, ab ipsis frequenter vsurpatum est, sicuti è contra, Romanorum vnciæ pondus, & nomen ad Græcos, & Arabes translatum est; fuit autem, vti apud Romanos, & Græcos. ita & Aegyptios vnciæ octaua pars, ita Fannius,

Vncia fit drachmis bis quatuor.

Suidas ἑκατὸν δραχμαὶ πιοῦσι μναῖ μίαι. *Centũ drachmæ vnã minã faciunt.*

Ex quo palet libram siue assem drachmis constare 96. quibus si addas quatuor, habebis Minam Atticam 100 drachmarum, quibus consentiũt Dioscorides, Galenus, Columella, alijq. quos vide apud Villalpandum, Marianam, Agricolam, alioſque.

ⲥⲧⲁⲩⲓⲣ seu stater, mediam vnciam pendebat; ita Alsamenudi.

الاستاتير الذي وجده بطرس في فم السمكه وهي نصف اوقيه وهو ثلث الدينار بالدينار الصغير ۞

Stater, quem inuenit Petrus in ore piscis, pendet dimidium vnciæ, & est tertia pars denarij parui.

Atque hac ratione Siclus Hebraicus & stater, idem pendebant, videlicet quatuor drachmas Atticas, seu, vt vocant τετράδραχμον, quod & manifestum est ex verbis Sancti Matthæi, vbi sic habetur: *Accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma.* Et post pauca subditur præcepisse Petro Dominum, vt ad mare veniens hamum mitteret; *Et eum piscem,* inquit, *qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem, illum sumens da pro me,*

&c. Quibus verbis duo manifestè testata habemus; alterum didrachma à singulis solui consueuisse; alterum stateremi binis didrachmis æqualem fuisse, vtpote qui,& pro Christo, & pro Petro soluendus esset, Cum ergo octo drachmæ constituant vnam vnciam, erit dimidium vnciæ stater, siue τετράδραχμον idem, quod stater; Consonat igitur Author noster cum Hebræis, & Græcis; quod monstrare voluimus. Erit quoque ⟨hebrew⟩ Census, idem quod stater; quia Author noster dicit ⟨hebrew⟩ esse mediam vnciam.

الجزء نصف اوقيه

⟨hebrew⟩ verò idem, quod δίδραχμα, quæ sunt decem quadrantes:

وهي عشرين فلسا

Est enim quarta vnciæ pars ربع اوقيه

Erit igitur στατηρ stater, siclus Hebraicus τετρα δραχμον; ⟨hebrew⟩ census, semiuncia Romana, iuxta Aegyptios eadem res, nominibus tantum distincta.

CA-

CAPVT VII.

De Animalium, aliorumque quorumdam nominum miscellaneorum nomenclatura.

VRÆVM apud Horum idem ac Basiliscus est; nos genuinè ita restituimus, ⲟⲩⲣⲓⲟⲛ Regulus: est enim ⲟⲩⲣⲟ nihil aliud in lingua Aegyptiaca, quam Rex, vt ex Onomastico patet; qui verò per Vræum serpentem quoque significari volunt, perperam sentiunt, mendumque insigne est ex imperitia linguæ ortum, nos restituimus, ⲡⲓϫⲟⲩⲓ seu ⲡⲓϫⲟⲩⲓⲟⲛ quod propriè serpentem significat Aegyptiacè, vnde & Græcorum ὄφις dimanasse videtur.

2 ⲧⲓϫⲩⲓ Tihfo, serpentem quoque significat, sed malignioris naturæ, vnde credo Tiphonem numen Osiridi ἀντίπαχυν vtpotè quem in serpentem pessimum mutatum velint Aegyptij: vide, quæ adferimus de hoc in Oedipo, tractatu de Typhone.

3 ϲⲟⲛⲭ Crocodilum significat, Sonchum quoque apud Strabonem lib. 17. vocatum inuenio.

4 ⲕⲟⲩⲕⲁϥⲁⲧ Vpupam significat, siue cucumam arabicè قرع ita Horus quoque tradit dictam Cucumam antiquis Aegyptijs.

5 ⲙⲉⲏⲛⲁⲏⲥ Capram, Hircum, Aegyptiacè significat, ita testatur Clemens Alex. lib. 5. Strom. Strabo lib. 17. Euseb. de præpar. Euangel. Diodorus. vnde & nomus Mendesiorum, à cultu Capræ sic dictus.

6 ⲡⲓϩⲏⲧ siue sine articulo ϩⲏⲧ *Het*, Cor significat; ita quoque comperio apud Horum denominatum Cor. Inde Baieth vocabulum, accipitrem significat. quod totum hoc animal ex corde, & anima constet; nos in Nomenclatore Accipitrem inuenimus significari eadem voce ⲃⲁⲏⲑⲓ Baithi: ⲡⲓⲃⲁⲓ autem intellectum significat, siue animam. Vnde Baieth corruptum ita restitui potest ⲡⲓⲃⲁⲓϩⲏⲧ: audiamus Hori verba:

Επ γημὼ καὶ αὐτὴ ψυχῆς ὁ ἱερὸξ τάσετ) ὁκ τῆς τῦ ὀνομάτος ἑρμωνίας. καλεῖ) γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ἱέραξ, βαιὴθ τῦτο δὲ τὸ ὄνομα διαιρεθὲν ψυχὴν σημαίνει, & καρδίαν. ὅτι γὰρ τὸ μὲν βαὶ ψυχὴ. τὸ δὲ ἠθ καρδία.

Quin & pro anima ponitur accipiter, iuxta nominis interpretationem: siquidem Aegyptijs Accipiter Baieth dicitur, quod nomen si diuiseris, animam, & cor sonat. Bai enim anima, & eth cor significat.

7 ἁρπεδονάπτης Hæc vox Aegyptijs idē significabat, quæ Græcis καθημερτικὸν, ita apud Clement. lib. 1. Stromat. Democritus, qui eruditionem suam immodestius iactans, inter alia hæc effutit:

Καὶ λόγων τε θεόπων πλείστων ἐσήκουσα, & γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀπο δείξεως οὐδεὶς κώμε παρήλλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἁρπεδονάπται.

Et homines doctos audiui plurimos, & in componendis cum demonstratione lineis, nemo me adhuc superauit, nec Aegyptiorum quidem ij, qui vocantur Arpedonaptæ.

Sunt, qui confundant Arpedonaptas cum ἱερογραμματεῦσι, Geometris, Mathematicis, & sacris Scribis, Prophetis, & Sacerdotibus, perperam; erant enim hi omnes distincti. Nam ἱερογραμματεῖς de genere erant Sacerdotum, & ijdem quid apud Chaldæos, seu Assyrios ἱερῶν λόγων ἑρμηνεῦται, hoc est, Sacrorum sermonum interpretes dicebantur, teste Luciano in Macrobijs. Hi quoque ἱεροφόροι, καὶ ἱερόσκοποι appellabantur. Quod sacram doctrinam ab omni superstitione, & curiositate, puram in animo suo, tamquam in sacra cista gestant, atque continent. Plutarch. in Osirid. & Isid. Hos quoque vates fuisse Suidas tradit: ὄντας παρ' Αἰγυπτίοις ἔσαν δέ νοι, καὶ ὡς ἐκ τῦ μελλόντων τινὰ ἀληθῆ ἀπεῖν. Additque vnum ex ijs Regi Aegyptiorum prædixisse futurum Israelitā, virtute, & gloria clarissimum, qui Agyptiorum imperium deprimeret. Hi quoque, vt in Oedipo dicetur, erant phylacteriorum scientissimi, quorum Auctor peruetus, fertur Iachim in ea gēte φυλακτῆρων καὶ ἐπαοιδῶν ἔμπειρος, Aderant hi astrologia, & diuinandi scientia præditi, semper Regi, tamquam Senatus principes, cunctisque oneribus erant immunes & primas à Rege honoris, & potestatis obtinebant, sceptrum præterea cum Regibus, quod in aratri formam effingebant in honorem agriculturæ, commune habebant, teste Diodoro lib. 3. qui porrò Odi, Horoscopi, Stolistæ, ὀνειροφίλακες, seu ἀεικλάδαι, Prophetæ, πανσοφόροι apud Aegyptios fuerint, & quo munere in administratione sacrorum functi fuerint, Oedipus declarabit. Sufficit hic vidisse omnes hosce fuisse distinctos, & peculiaria munia singulos obijsse.

8 Ma-

8 Magna inter interpretes de nomine Pharao controuersia est, omnes Aegyptiorum vocabulo fatentur, sed de significatione dubium tantum est. Nos dicimus Pharao successu temporum corruptum idem esse, ac ⲫⲁⲣⲱ hoc est, Dominus meus, Rex meus, à verbo ⲣⲱ, quod Regem significat, & affixo ⲡⲁ siue ⲫⲁ vtrumque enim pro masculinorum articulo ponitur, ita & ⲁ affixum, vtrique meum significat, vt in Grammaticis ostensum est. Quotiescumque enim nominabant Regem Aegyptij, id faciebant cum affixo ⲡⲁ hoc est meus, ad subiectionem, reuerentiam, obedientiamque ipsi debitam, hoc ipso demonstrandam, quæ dicendi ratio vsitata quoque fuit apud Hebræos, & in hunc vsque diem in multis nationibus locum habet. Hoc nomen itaque ⲫⲁⲣⲱ cum ab omnibus passim vsurparetur, tandem in nomen proprium Regum Aegypti degenerauit, sicut apud Græcos, & Latinos παπᾶς, quo Pontificem primi Christiani nominabant Patrem; tandem in nomen Papa deflexit, omnibus Pontificibus commune; ita Cæsares à Iulio Cæsare, insigni Cæsarie conspicuo, inposterum Cæsares dicti sunt. Pharao itaque siue vt genuinè pronuncietur ⲫⲁⲣⲱ idem est ac Rex meus, quod hoc loco ostendere volui.

De vocibus Moyses, & Psontomphanich Aegyptiacis in Prodromo fusè dictum est, vndè eo Lectorem remittimus.

9 Osiris vox Aegyptiaca est, & secundum Diodorum idem significat ac πολυόφθαλμος, quam tamen deriuationem deducere ex Copto non licuit, nos dicimus idem significare ac ⲡⲟⲥⲓⲣⲓⲥ ideſt, Dominus sanctus, vel aliam deriuari à voce Aegyptiaca ⲉⲣⲥⲓⲣⲓ quod Regem cum potestate magna dominantem significat, vt in Onomastico patet, & dicitur quoque ⲡⲓⲉⲣⲥⲓⲣⲓ ita primos post diluuium Reges denominatos reperio. Est autem inter Osiris, & Ersi exigua differentia, vide quæ de hoc nomine in Oedipo, plura, & curiosa tradimus. Herodotum, alioſque vide in Templo Aegyptiaco. Alij quoque volunt deriuari à ⲥⲓⲣ & ⲡⲟⲥ̄ id est, Cista Domini, seu Dei. Ex hac enim numen Osiris, veluti ex tripodi responsa dabat consulentibus, vti fusè in Oedipo nostro, cap. de Oraculorum Aegyptiorum origine, ostendetur.

10 ⲥⲙⲉⲃⲣⲏⲥ Librum sacrum, notat apud Aegyptios, teste Horo, quod

quod verum esse Onomasticum clarè docet; Siquidem Coptitæ libros Sacros,& Ecclesiasticos in hunc diem adhuc Ambres vocant. vide Horum in Hierogl. 38.

11 ⲡⲁⲥⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ vox est apud Horum, idem denotans ac Sacrum pallium gestantem. Mendum ex infcitia interpretis ortum. Nos ex lingua Copta ⲡⲁⲥⲧⲟⲫⲣⲟⲩⲣⲟ reddimus. i. custodẽ Templi, eruntq. æditui, qui peregrinis Templum, & Idola monstrare solebant, quod & Horus quoque his verbis innuit.

παστοφόρον δὲ σημαίνοντες φύλακα οἰκίας ζωγεάφουσι, διὰ τὸ ὑπὸ τούτου φυλάττεσθαι τὸ ἱερόν. *Significantes eum, qui sacrum pallium gestat, domus custodem pingunt, quod ab eo sacrum custodiatur.*

Sbo institutionem significat apud Horum, quam vocem in Onomastico Copto quoque inuenio, ⲥⲃⲟ cognitio ⲥⲁⲓⲛ ⲥⲃⲟ cognitiones. inde ⲡⲣⲉⲩⲧⲥⲃⲱ Magister, Doctor, a quo & verbum ⲩⲧⲥⲃⲱ eminat, id est, nouit, seu cognoscit.

12 ⲱⲣⲟⲥ siue Aegyptiacè ⲟⲩⲣⲟⲥ vel etiam ⲟⲩⲣⲟ idem est ac Rex, atque hoc nomine Solem ὑπ' αὐτῶν ἐκαλοῦντο, prout temporis & totius anni conuersionis author est, nuncupabant, vt suo tempore demonstrabitur fusiùs.

13 ⲥⲱⲣⲁⲡⲓ idem, quod Serapis, compositum è duobus verbis ⲡⲓⲥⲱⲣ & ⲡⲓⲁⲡⲓ vel sine articulo ⲥⲱⲣ & ⲁⲡⲓ quorum prius loculum, alterum bouem Aegyptiacè significat, quasi dicat Apis cistæ inclusus, cui etymo astipulatur quoque Plutarch. libro de Osiride & Iside.

14 Porrò quidnam sint aut fuerint Pyromides Aegyptiorum iam restat inquirendum; Scribit Herodotus à primo Aegyptiorum Rege ad Sethon Regem, Vulcanique sacerdotem, contra quem Sennacherib, Arabum, Assyriorumque Rex bellum gessit 341 γενεὰς interceßisse, vt Aegyptij produnt:

Καὶ ἐν τούτοις Ἀρχιερέας. καὶ βασιλέας ἑκατὸν καὶ τοσούτους γενομένους. *Et in his Pontifices totidem, totidemque Reges extitisse.* Subijciteque 300 progenies, 10000 annorum conficere, & tot annorum millibus regnatum à mortalibus in Aegypto, non autem a dijs.

Cum autem Hecatæus Historicus Thebas Aegyptias veniſſet, & ori-

originem suam ad Deum, á quo decimumsextum se numerabat, referret. Aegyptij Sacerdotes Hecatæum in ædem quandam deduxerunt, in qua Colossi lignei totidem erant, quot dictum est, 341. quas statuas πιρωεει appellabant:

Φάμβροι δὲ οἱ ἀρχιερεῖς ἕκαστον τῶν κολοσσῶν πίερωμιν ἐκ πιέρωμιος γεγονέναι.
Dicentes vnumquemque Colossum πιρωεειν *ex piromi progenitum esse.*

Est hic multa Authorum concertatio circa etymon huius vocis. Quidam interpretantur quadriennia, siue bissexta. tot enim ligneas statuas positas fuisse volunt, quot sine bissextili quadriennia præterierant. quidam probum, & honestum. Nos dicimus vocem esse Aegyptiam, & idem cum πιρωεει; qua voce virum, heroem, fortem, robustum, rebus gestis clarum exprimimus. Erant igitur Piromes statuæ Regum, & Sacerdotum, quas sibi ad demonstrandam eorum fortitudinem, & virilium, heroicarumque actionum, eminentiam demonstrandam erigere solebant: teste Synesio lib. 1. de prouidentia;

Οὐ γὰρ ἀπιστοῦσιν Αἰγύπτιοι μυρίοις καθ' ἕνα θεοὺς ἀυτῶν βασιλεύσαι πρὶν ὑπ' ἀνθρώπων ἀρχθῆναι τὴν γῆν ἡμιθεωθῆναι τοὺς βασιλέας πίερωμιν ἐκ πιέρωμιδος.

Nec enim Aegyptijs incredibile est, infinita apud se numina sigillatim imperasse, priusquam ad mortales regionis peruenisset imperium, regumque genus à maioribus, vt Piromidis à Piromide censeretur. Verum, qui plura de hisce desiderat, is adeat Oedipum nostrum.

15 Multa hoc loco nomina Aegyptia apud Authores prophanos occurrentia, quæ ex hoc opere ad genuinā suā significationem reducta, & à corruptione vindicata reduci possent. Verum cum illa partim in Prodromo explicauerimus, partim in Oedipo fusissimè prosecuturi simus, breuitatem in omnibus sectantes, hic ea, ne moles operis in immensum augeretur, consultò omittenda duximus.

CAP.

CAPVT VIII.

De Herbis, & Plantis Aegyptiacis.

DE viribus Herbarum, Plantarumque Agyptios veteres plurimos conscriptos habuisse libros, cùm synopsis Codicum, in secundo huius Supplementi Capite producta, tum Author noster satis demonstrat, qui in denominationibus, maioris momenti passim allegat Codices, siue Exemplaria antiqua, his verbis:

وتنظـــر هذا في نسخـــة عتيقـــة

Hoc autem vide in exemplari antiquo. Quin & Chironis Aegyptij, quem alij Aesclepium appellant, vetustissimus de Herbarum viribus Codex, quem in suo de Plantarum proprietatibus libello, passim allegat Apuleius, id satis demonstrat, siquidem denominationes Plantarum, omnes Aegyptiacas, siue Coptas esse non alia probatione indiget, nisi mutua singularum ad inuicem facta collatione. Hisce alius Arabicus Codex Vaticanus subscribit, quem videre licuit beneficio Clarissimi viri Domini Rainaldi I. V. D. & Bibliothecæ Custodis, in quo, cum de occultis Plantarum proprietatibus tractat, denominationes Agyptiacas earumdem adducit ita similes ijs, qui adducuntur ab Apuleio; vt ex eodem Chironis fonte vtriusque doctrinam Codicis hausta, claré pateat. Verum ne Rempublicam literariam hac noua supellectilis accessione defraudemus, hic earumdem genuinam significationem subiungendam duximus; ita tamen, vt nudum solummodo corticem hoc loco inspiciamus; interiora verò nuclei, seu vires singularum occultas, vnà cum mysticis rationib. Hieroglyphicè repræsentatis, Oedipo, tamquam Promo condo mirabilium reseruantes. Sit igitur prima vox:

ⲓ ⲁⲛⲧⲓⲟⲭⲉⲓⲁ hanc vocem nos eandem esse dicimus cum ea, quã Arabes, & Syri قنطوريون Græci quoque κεντάυειον dicunt. Estq. herba, quam vulgò nos Centauream minorem vocamus, de quo vide Matthiolum,

lum, Fuchsium, cæterosque Botanicos. Serapion Medicus Arabs his verbis eum describit:

قنطوريون هي حشيشه يشبه هيوفار يقون وهو الفودنج الجبلي

Centaureum herba est similis Hypericoni, & est certa quædam Mentha montana. Cui Aben Sina subscribit ijsdem pænè verbis: Vaticanus Codex ita habet:

قنطوريون هي حشيشه وله ساق طوله اكثر من شبر وزهر احمر الى لون الفرفير فيه شبيه بزهر النبات الذي يقال له لحمدس يسمونها المصريون اذظيمس ✡

Centurium herba crus habet, cuius longitudo maior palmo, & flos rubescens instar purpuræ, & in flore similis apparet, ei flori, qui appellatur Lachemdas. Vocant eam Aegyptij Antims. Prophetas vero, seu Hierophantas Aegyptios eam αἷμα ἡρακλῆς, hoc est sanguinem Herculis appellasse, auctor est Chiron apud Apuleium citato libello; c. 74.

ⲁⲥⲟⲩⲧ, quam teste Apuleio, Propheræ Copta vòce οὐρανιχμάν id est, Gloriam cæli appellabant: nos eandem esse dicimus, quam Arabes لسان الحمل Linguam agni, seu arietis, Græci ἀρνόγλωσσον πολυώδεσι, Latini Plantaginem, multineruiam appellant. cui astipulantur Arabes citati Aegyptiorum interpretes fidissimi, Serapion.

لسان الحمل هي يسمى كثير الاضلاع ودو سبعه اضلاع وورق الكبير وجوهره مركب من مايه وارضيه ويسمه محد السما ✡

Lingua agni vocatur multarum costarum πολύπλευρον, *habet enim septem latera, seu costas, & folio magno conflat, naturæ compositæ est ex aqueo, & terreo, & vocatur Gloria cæli.* Codex Vaticanus eam vocat اسوث *Asuth* eodē nomine, quo sup. Apul. Aegyptios eam nominasse asserit, hanc eandem vocem refert Interpres Auicennæ Hebræus, quem habeo manuscriptum.

אשיות שם העשב בלעז פלנטגוא

Asiuth nomen herbæ, Latinis Plantago.

ⲁⲥⲓⲛⲏ teste Apuleio, idem est ac Satyrion herba, eius generis, quã Arabes حصي الكلب & تنريج Græci κυνὸς ὄρχιδα, hoc est Testiculum canis, à bulbo vocant Panion, teste Apuleio, vocatur ab Hierophãtis, eo quod vel manu tentum vehementer ad salaciam, & libidinem excitet, vnde non male quoque Satyrion à Satyris salacibus, & Panion à Pane, fœcunditatis genio etymon suum traxit. Vaticanus Codex

حصي الكلب يسمونها حكما مصر فنيون لانها تهيج الباه ☆

Testis canis herba est, quam Aegyptij sapientes vocant Phanium, quia potenter excitat ad coitum. Cui Aben Sina suffragatur.

حصي الكلب تنهض الباه حتي لايسكن الايحسو مرق
الخس والعدس ☆

Testis canis herba ita coitum excitat, vt non sedetur, nisi iusculo è lactucis, & lentibus assumpto. Vocatur autem ab Aegyptijs ⲁⲥⲓⲛⲏ à Luna eo quod sicuti Luna influxu humoris sui fœcundi rerum sublunarium vegetabiliũq. causa est, ita & inter plantas ⲁⲥⲓⲛⲏ humorem genitalem censeatur mouere. Vide quæ de hoc fusius in Oedipo.

ⲟⲣⲧⲉⲃⲓⲟⲕⲏ vel vt corruptè Apuleius Ophitebioca, idem est, ac Pentaphyllum in lingua Aegyptia, quam & Hierophantę nunc πτερὸν Ἰβεως ideſt Alam Ibidis, nunc Ἑρμοῦ βοτάνη, ideſt herbam Mercurij vocant; causam alibi dabimus.

ⲛⲉⲙⲉⲥⲫⲉ nomen herbæ, quam corruptè Nemestphe Apuleius vocat, alij Nesphe, in Aegyptiaca lingua appellat, pulchritudo, seu decor cæli; Hieromanthæ eam, teste Apuleio vocabant αἷμα τῆς Ἀθηνᾶς, Sanguinem Mineruæ; nihilque aliud est, quam nostra Camæpythys, Author Vaticanus.

كما فيطوس فهو قصبان وزهر حمر الى السود وحضر دقاق وزهرة
الطعم

الطعم مع قبض يسير وحراقه دون المرارة وورقة مسيخ ـــــه يدب الى
الارض لمعرفون نعنف ـــــا ✡

Camæpytis thyrsi, & flores rubei declinantes ad nigrum, & subuirides. flosque amari saporis cum stipticitate pauca, eiusque acumen saporis est subamari, & eius folia herbida, subtilia, repentia super terram, Aegyptijs dicitur Nespha. cui consentit Hebræus quoque Aben Sinę interpres.

כמאפיטום חוא ענפים יציץ אדום נוטה אל השחורה או
אלה ירקות דקים וציצו מר וחשבעתו חם בשנית
בש בשלישית:

Chamæpythis rami, & flores rubri, declinantes ad nigredinem, & flos eius amarus, natura quoque calida est in secundo, & siccain tertio.

ⲁⲛⲉⲥⲉⲛ interpretamur ex Aegyptiaco Bonum, nihilque aliud est quam herba Artemisia, quam à Bonitate ita vocant; Hierophantæ, teste Apuleio, cap. 10. eam vocabant, nunc. Bubasteoscordium ⲃⲩⲃⲁⲥ ⲥⲧⲉⲟⲩⲥ ⲕⲁⲣⲇⲓⲁⲛ id est Cor Bubasti, nunc ⲙⲉⲇⲥⲁⲣ; erat autem Bubastus vrbs Aegypti, in qua Dianæ, & canum cultus mirificè florebat; cui ideo non inconuenienter respondet græcum ἀρτεμίσια, id est, Dianęa: siue igitur à canibus, qui hanc herbam amant, & sibi ex ea medicinas, teste Antonio Musa, contra naturales morbos ponunt, siue à Diana sit primum inuenta virtus huius herbæ, nihil interest, sufficit nobis demōstrare ⲁⲛⲉⲥⲉⲛ ⲃⲩⲃⲁⲥⲧⲉⲟⲩⲥ ⲕⲁⲣⲇⲓⲁⲛ Aegyptiorum, & Artemisiam Græcorum prorsus eandem herbam esse: Hierophantæ hanc herbam quoque αἷμα χρόνε, id est Sanguinem Saturni vocabant, ita Apuleius loco citato, & confirmat id Abensina, qui eam Saturninæ naturæ, & contra lassitudinem mirificam vim obtinere asserit.

ⲥⲁⲫⲧⲏ Saphta, hanc vocem ex Copto interpretor contra Deum, dicoque esse herbam, quam Græci, & Latini Hyosciamum vocant, Zoroaster, teste Apuleio τυφόνιον, eo quod Typhoniæ naturæ sit, id est ad insaniam excitans, & maximè diuinam in homine partiunculam intellectricem videlicet facultatem sumpta corrumpens. Vnde ad Typhonem

placandum in sacris Aegyptiorum maximus huius herbæ vsus fuit, vt in Oedipo dicetur.

ϲεφϲεφ, corruptè apud Apuleium cap. 19. *Sophosph*, eadem herba est, quam Arabes زراوند *Zeraund*, Latini, Græcique ἀριστολοχίαν appellant. Codex Vaticanus.

زراوند حشيش لمصريون مفصف طولها نحو من شبر ولون زهره
فرفيري منتن الرائحة ❀

Zarund herba, Aegyptijs Saphseph, longitudo eius palmus, & color floris purpureus, grauis odoris. Aben Sina verò

زراوند حلا ملطف مفتح مرقق جذاب يجذب الشوك

Zarund virtutis est abstergentis, aperientis, attenuantis, & attrahentis, trahit enim spinas, & surculos. Hebræus interpres Aben Sinæ ita dicit

זראונט ביונית אריסטולוגיא במצרית ספסף עליו
לעלי הצמח שנקרא חביום והוא מין הלבלב :

Zarund Græcè Aristolochia Aegyptiacè Saphseph, florem alit similem flori, qui dicitur Habium, & est species Lablab. Prophetas Aegyptios eam Ligeam appellasse, author est citatus Apuleius.

ϲεεεεεωρι in Aegyptiaca lingua denotat eam herbam, quã nos *Chamæleam* vocamus; ita Codex Vaticanus.

المزرين اسود فهى حماليون لمصريون شامور

Metzereon nigrum herba est eadem cum Chamælea, Aegyptijs dicta Samur. Hebræus etiam cum Marrubio confundit:

כמאליון הוא מין מהרוויון והוא שחור

Chamæleon ex genere Marrubij, & est nigro colore herba.

ΕΜΙΝΙΟΝ Aegyptijs idem est ac Herba Dracontæa, ita Apuleius cap. 14. *A Græcis*,, inquit;, *dicitur Dracontea, alijs Asclepias, alijs Pithonion alijs Anchomanes, alijs Sancromaton, quibusdam Ancryssam, aliquibus Chereon, nonnullis Sceon: item Dorcadion, Prophetæ Typhonon vocant, alij Crocodilion, alij Oslanes: Zoroaster Theriophonon, Aegyptij Eminion, Draconis sanguine fertur nata.* Dicitur autem *Pythonion*, eo quod ex Pythonis, vt dictum est serpentis sanguine nata feratur. Typhonion, quod Typhonis, hoc est igneæ naturæ sit; *Crocodillion*, quia amica Crocodilis. Θηριόφονον, quia caustica quadam vi occidit animalia eam sumentia. Sunt qui hanc dracontẽam cum Culcasia confundant, perperam; siquidẽ Culcasia, quam & natiuam Brassicam appellant, gratissimum sese præbet Aegyptijs edulium. Dracontea autem, siue ΕΜΙΝΙΟΝ idem ijs videtur esse, quod nobis Arum; quam herbam è genere Dracontææ esse Matthiolus docet & Clusius, quæ & mordacitate quadam ignea, seu caustica vi maximè pollet; ita vt in insaniam eam sumentes ferè redigat, vnde & nomen Aegyptiacum videtur traxisse, quasi mente moueat: etsi quidam arum quoque cum Colocasia confundant. sed de his exactiùs alibi.

ΠΕΜΠΤΕΜΦΥΤ id est, Donum Dei; ita vocant Aegypti j Verbenacam, herbam satis notam, & magica quadam vi præditam, vt in Oedipo docebitur; curruptè ab Apuleio Pempsempte. Prophetas eam Iunonis lachrymam vocasse Chiron author est apud Apuleium: Græcè, inquit, ἱερὰ βοτάνη, alij πειστέρεων ὀρθόν, alij δίδαγον, alij pecorobon, alij πάνχρηστον, alij Colletis: Demetrius, & Aesculapius Cyparissον, Pythagoras Erisceptron, alij Aristeron, Aegyptij Pemsempte, Prophetæ ἧρας δάκρυον, dicitur etiã πεμπτέμφτα donum Dei; & ἱερὰ βοτάνη, ab vsu quibus in sacrificijs vtuntur Aegyptij, περιστερεών, eo quod columbis sit amica, & sympathica, πάνχρηστον, quod vsus eius omnibus conueniat. Erisceptrum, vel melius ποτὸν ἔρωτος σκῆπτρον; Sceptrum amoris, quod in philtris vsus eius adhibeatur; Lachrymæ Iunonis denique á mythologia nomen inuenit.

ΑΝΤΟΣΤΕΡΕΒΟΣ Apuleius corruptè Antuermbesus, id est lingua bouis, siue Græcè βούγλωσσον, hanc cum Hierophantis Chiron appellat γόνον τ' αἰλούρου Semen felis. Arabes لسان الثور Linguam bouis, eius vires vide apud Apuleium c. 41.

ΑΣΤΕΡΟΠΗ Aegyptiacè, idem est ac oculus sideris; eamque her-

herbam dicimus, quam Latini Marrubium, πράσιον Græci, Hierophantæ nunc αἷμα τ̃ πάνεγυ, nunc σπόρον τ̃ Ωρου, appellant ita Author Vatic.

فراسيون حشيشه مره الطعم مصريون اسطرب حار في
الثانيه يابس في الثالثه ❊

Phrasium herba amari saporis Aegyptijs Asterop, calida in secundo, sicca in tertio gradu: cui astipulatur Hebræus Aben Sinę interpres.

פראסיון חוא עשב בלועז מרוביום מרה מטעם מפתח
וממרק ומחיך וממסתם ומחתך ;

id est, *Prasium herba est Marubium lingua extera, amari saporis, aperit, abstergit, liquefacit, resoluit, & incidit.* Dicitur oculus sideris, idest Solis, eo quod in sacris Hori magnus huius herbæ vsus. vnde, & Mystę eam vocabant σπόρον τ̃ Ωρου, semen Hori, quam nos solem interpretamur alibi, sed abdita huius herbæ mysteria, vide in Oedipo.

σκίλλαν Nos eam herbam, quam Scyllam vulgò vocant, interpretamur: Arabes eam vocãt اسقيل *Eskil*, siue بصل الفار *Cæpã muris*, Hieromãthæ Aegyptij τὸν ὀφθάλμον τ̃ Τύφωνος, id est, oculum Typhonis appellant. ita Apul. c. 42. & Hali.

اسقيل هو بصل الفار سمى بذلك لانه يقتل الفار وهو حريف قوي
فقال قوم هو الغنصل مصريون سليطا ❊

Eskil, est Cæpa muris, ita dicta, quod mures interficiat, & est acuta vehementer, & voluerunt aliqui eam esse Ansal, Aegyptijs dicitur Slitha. Vocatur autem Typhonis herba ob summam nocendi vim, & facultatem prorsus igneam cuiusmodi Typhonem fuisse Plutarchus docet, libr. de Osir. & Isid. ideo Aegyptij non malè hanc Typhonis oculum cùm à colore igneo subflaueſcente, tum à figura, & qualitate adustiua, appellarunt. Nam, vt rectè Aben Sina ait;

اسقيل

اسقيل لونه اصفر الى البياض ومنه جنس سمى قتلاوطن بغضهم لانه البلابوس لان في علامه وجدها ☼

Eskil coloris flaui subalbescentis, & ex ea genus quoddam veneni prorsus lethiferi, & putauerunt aliqui, quod sit ipse Napellus, propter signum, quod inuenerunt in eo. Interpres Hebræus dicta confirmat.

אשקיל חוא בצל עכבר חם בשלישית יבש בשנית
ימתיך ומרקיק מאוד ׃

Askil Cæpa muris, calida in tertio gradu est, & sicca in secundo, estque resolutiua, & attractiua sanguinis, adustiua, ulceratiua, subtiliatiua, & incisiua, cum virtute vltra virtutem suæ calefactionis. quos omnes effectus Typhonios esse quis non videt? sed de his alibi ex professo.

CEEEET idem est ac Nasturtium nostrum, de qua herba vide Apuleium cap. 20. & Aben Sinam voce حرف, alioſque Latinos Botanicos.

ΠΑΒΟΡΙΝ vox Aegyptia est, significans eam herbam, quam Arabes بابونج *Babungs*, Latini Chamomillam, Græci παρθένιον, δρυκόλαβον, χρυσάνθεμον vocant, cuius virtutes, & proprietates vide apud Abē sinam voce citata, & Chironem apud Apuleium.

CTEΦΙΝ Cura Dei, corruptè Apuleio Thephin, vel Themphin, eam herbam esse dicimus, quam Arabes Basielraghi, Græci πολύγονον, πολύκαρπον, χιλιόφυλλον, Mystæ γόνον τῦ ἡρῶος, Semen Herois vocant, Latini denique Sanguinariam, Proserpinacam à serpendo per terram ita dictā; quidam etiam Miserdiuinum vocant, de quibus vide Botanicos voce Polygonon.

ΠΑΛΑΛΙΣ, vel vt Hierophantæ eā nominant ΣCΦΟ teste Chirone apud Apuleium, est idem ac Cyclaminus, de quibus suo tempore copiosior dabitur dicendi locus.

ΕΒΜΟΝΙ corruptè Apuleio Etui: interpretamur Capillum Veneris, siue πολύτριχον, quam & Græci ἄδιαντον, Arabes بَرشاوشان barschia-

schiausahen vocant; nascitur in locis humidis, & fontium parietibus familiaris est.

ⲙⲥⲓⲛⲉ vel ⲡⲱⲙⲣⲓⲛⲧⲉⲡⲏⲣⲓ hoc est, *Prolem Solis* interpretamur, estque Heliotropium, teste Chirone apud Apuleium, qui & id ἡλιόστροφον quod ad Solem se continuo vertat, adpellat, alij ἡλιοῦχον, id est Caudam Solis, eo quod vt animal caudam, ita Sol hanc sibi herbam sequi faciat. Vocatur & Sideritis, quod sicut Magnes ferrum, ita Sol hanc herbam trahat. Verum virtutes, & mysticas rationes huius herbæ cum Oedipo reseruauerimus, superuacaneum esse ratus sum, ijs hic amplius inhærere.

ⲙⲉⲛⲓⲫⲏ idem est ac Genius Lunæ, corruptè Apuleio Emenipse, estque ea herba, quam Dictamnum Latini, ἀρτεμίσιον videlicet à Diana, quæ Lunæ genius est, appellant Græci; vocatur & eadem de causa á Theophrasto σελινοσπόνος, sperma Lunæ.

ⲗⲟⲧⲟⲙⲉⲧⲣⲁ corruptè Apuleio Lotonietra, herba est, quam Nimphæam Aegyptiam vocamus, Lotusque dicitur, de cuius mira vi, vide Theophrastum. Dicitur autem Lothometra, quod cæli cursum solis suo flore quasi metiatur. Arabes vocant نيلوفر *Nilufar*, etsi Nilufar distincta sit à Lotometra: hæc enim præbet edulium suauissimum Aegyptijs, illa ob vim extinctiuam caloris noxia est. Est igitur Nilufar propriè idem cum nostra Nimphea, quam Algam, siue Papauer palustre, vulgò vocant, à virtute extinctiua Veneris, quidam etiam clauum Veneris dixere, vocaturque ab Aegyptijs ⲃⲓⲕⲓⲛⲧⲉ ⲣⲉⲗⲓⲅⲓⲁ id est Vinculum religionis, eo quod ab illicitis desiderijs carnis hominem vsus huius herbæ vindicet: ita Author Vatic.

نيلوفر هو كرنب الما ويسمى حب العروس وحراس النفس
بارد ورطب في الثانية شرابه ملطف جدا ✡

Nilufar Caulis aquaticus est, & vocatur Granum sponsi, & custodia continentiæ frigidus, & humidus in secundo gradu, & potus vehementis extinctionis est. cui consentit Interpres Aben sina Hebræus his verbis:

נילופר

נילופר או ננופר עשב יצמח במי האגמים ויעיל לחסר ויחסר
תאוח ומפיא טפח חזרע בסגולח שבו:

Niluſar, ſeu Nenuſar herba eſt germinans in aquis paluſtribus, minuit pollutionem, frangit vehementer deſiderium coitus, & congelat ſperma, occulta quadam proprietate, quæ in ipſa latet. Quibus conſonant verba Dioſcoridis.

Νυμφαία ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι σταίμοις. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια κιβωρίῳ σμικροτέρα δὲ καὶ βραχυτέρα, ποσῶς ὑπερχονδα τοῦ ὕδατος, πίνεται δὲ ἡ ῥίζη ἐς ὀνειρογμοὺς ἀφροδισίων· ἔχει δὲ τύπις. ἀτονίαν δὲ ἐργάζεται αἰσθίσι ἐς ὀλίγας ἡμέρας, αἱ τὶς ἐκλεχῶς πίοι.

Nymphæa, inquit, *in paludibus, ſtagnantibuſq. aquis naſcitur, folia habet Fabæ, ſiue Loto Aegyptiæ ſimilia, at minora, oblongioraque plura ab vna eademque radice prodeuntia: bibitur contra Veneris inſomnia, eadem enim omnino adimit. quin & aliquot continenter diebus epota, inſtrumenta generationis ita debilitat, vt omni tentigine ſublata, frigidi, ac impotentes reddantur, qui biberint.*

CDʼ&ɛɛDR&C Mentaſtrum interpretamur ab Hierophantis dictum σπέρμα τοῦ Ἀπόλλωνος, in ſacris Aegyptiorum vſus eius perfrequens; Arabibus dicitur *Naanaa*, de quo Aben Sina.

نعناع حار يابس في الثانية وفيه رطوبة فضلية فيه قوة مسخنة قاطعة
يمنع واذا اتركه طافات منه في اللبن لم يتجبن ✡

Naanab calida, & ſicca in ſecundo, & in ea humiditas ſuperflua, viſque in ea calefactiua ſtiptica prohibens; & cum fruſta ipſius in lacte ponuntur, id nunquam in caſeum condenſabitur. Vocatur & Semen Solis, ab Arabe Ali, voce citata. Lego quoque Mentham dici ab Hierophantis σπέρμα καὶ χόρτον τοῦ Ἀμμωνος, vide Apul. c. 94.

CWEES, idem eſt ac Seriphium, ſiue Abſynthium marinum: Ali id deſcribit his verbis:

افسنتين ينبت في المصر كثيرا ويسمونها سوبى وحشيشة قبطية
ورق السعير وفيه مرارة وقبض وحرافة ✡

Absynthin germinat multùm in Aegypto, & vocatur Sumi, herba similis folio Origani, & in ea amaritudo, & stipticitas, & acuitas summa.

ΑΦΛΟΦΙΑ, hac voce, teste Chirone apud Apuleium vocant Aegyptij herbam, quam nos vulgo Mercurialem vocamus, solutiua vi præditam, Mystæ ἐμοῦ βασιλέως dicunt:

ΒΡΥΩΝΙΑ, idem est ac Bryonia, Officinis vitis alba, Arabibus فاسيرا *Phasira, cuius vires vide apud Botanicos.*

ΦΕΠΡΕ nihil aliud est, quam Scolopendria, quam quidam cum Asplenio confundunt, eo quod potu sumpta splenem minuat splenetici sque prosit. Arabibus اسقولوفندريون

ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΝ idem, quod Cyclaminus est, ita ex Chirone Apuleius, Græcis πολύδαφνον, Arabibus بوجاش Buiàns, de quo vide Aben Sinam, Serapionem, alioſque Botanicos Arabes.

ΠΑΝΤΑΓΑΘΟΣ est idem, quod omne bonum, vel ad omnia bonum, estque herba, quam alij Origanum, alij Pulegium appellant. vide Apuleium cap. 93. Antonium Musam, Colium Aurelianum, alioſque veteres Medicos.

ΣΤΕΜΜΙΣ corruptè Apuleio Stemeeos, dicimus esse fruticem, quem Ruscum vulgò vocant. Græci μυρσίνῃ ἀγρίᾳ, Myrtum Syluestrem, Arabes حارم, Aegyptij, teste Chirone apud Apuleium αἷμα πταίων; Myrtum Alexandrinam السكندريه Sanguinem Titanum, vel Elcani, αἷμα Ἴβιος Sanguinem Ibidis, cuius causam etymologiāq. in Oedipo assignamus.

ΣΕΝΤΟΡΟΒΟΝ, nos Coscutam interpretamur, quasi diceres, ὄροβον τῷ δένδρῳ, id est Orobum arborum, siue ὀροβαγχὴ τῶν δένδρων, herbam arbores strangulantem, siue in arbores tyrannidem exercentem, cuiusmodi Cuscutam esse, nemo nisi ἀφύτογραφος ignorat. sunt tamen qui Smirnium, siue Olusatrum, Aegyptios hoc nomine appellasse, velint, sed perperam: est enim insignis inter has herbas differentia, vt peritis constat.

ΣΩΤΗΡΙΟΝ idem significat ac liberans à morte: ita Portulacam

cam Aegyptij vocabant: Hierophantes verò αἷμα Ἄρεος, Sanguinem Martis, Author Vaticanus.

بقلة الحمق حشيشة احر معرفة لمصريون متموت بارد في الثالثة رطب في الثانية ✡

Portulaca herba nota, Aegyptijs Motmut: frigida in tertio, & humida in fine secundi. Vocatur autem Motmut in Aegyptiaca lingua eo quod febribus malignis,& omnibus inflammationibus Aegyto proprijs,mirificè, & vnicé conferat,Sanguinem Martis vocabãt Mystæ, ὅτι τὴν αἱμόῤῥοον eo quod aduſtam,& torridam,ſeu Martiam bilem frigiditate.atque humiditate ſua temperet, malignitatemq. eius expellat, teſte Aben Sina, فينفع من الحميات الحارة eo quod febribus calidis mirum in modum profit.

ἱερὰ τριχὶ quam corruptè Antonius Muſa Hierathiorine vocat, Betonicam dicimus eſſe, herbam innumeris, vt cum Theophraſto loquar,virtutibus præditam;vnde non ſine cauſa ſacra Horo dicebatur veteribus;quam & ψυχοτρόφον, id eſt,animi nutricem haud incongruè dictã, lego, quod Capite,in quo intellectricis animæ ſedes, & habitaculum eſt, mirificè conferat: verum, qui plura de viribus huius herbæ deſiderat, conſulat citatum Antonium Muſam, in particulari de ea conſcripto libello, Apuleium,Theophraſtum,Dioſcoridem, alioſque veteres Botanicos.

ὄχεων Coriandrum eſt,ita Arabes Botanici ſæpè citati in voce كزبرة *Kazbare*, quod Coriandrum ſignificat:

ἄνηθος Aegyptios Saluiam quoque denominaſſe Abenephi author eſt, de quo cum alibi fuſius tractemus,hic.ne in immenſum hoc Supplementum augeatur,ampliori declaratione abſtinendum duximus. Atque hæc ſunt,quæ de Plantis Aegyptijs apud diuerſos Authores occurrentibus, breuiter dicenda putaui; In quo ſi non vndequaque Lectori ſatisfactum ſit; rogo vt iudicium ſuum ſuſpendat,vſque dum Oedipus emerſerit,in quo omnia clarius,fuſius,& eruditius enucleata,non ſine voluptate,vna cum plantis ad viuum repræſentatis,reperiet.

CAPVT IX.

De Vrbibus Argyptijs, cæterorumque vicinorum locorum appellationibus.

NE mireris Lector, si Geographos Arabes à Latinis, & Græcis, tantũ discrepare conspexeris: cum enim veterum locorum nomina, vel magna ex parte vitiata, vel barbararum linguarum introductione prorsus immutata sint, certè magnam confusionis materiem ea Scriptoribus præbuisse necesse fuit; quod cum verum sit in omnibus Nationibus, ita potissimum in Aegypto, in quo tam varium, & multiplex imperium, tam varia, & diuersa idiomatum forma introducta viguit, accedit, quod recẽtia nomina locis, & vrbibus imposita, veterum locorum nomina, vel prorsus ex hominum memoria deleuerint, vel ita dubia reddiderint, vt vix recti aliquid de ijs statui possit. Attamen ne tam insignis instituti nostri materia inculta maneret; nos quantum vires & ingenium permiserũt, ex probatis Orientalium monumentis hãc chorographiam Aegypti ad mentem veterum, in prima parte Oedipi, syntagmate, quod Delta Niloticum intitulamus, instaurandam sumpsimus. Verum vt & hic quoq. specimen aliquod præberemus, nomina locorũ in Scala magna proposita dubia adhuc & incerta paulò fusiùs explicanda duximus ex alijs Cosmographis, additis earum vrbium, quæ Episcopalis olim dignitatis titulo claruere denominationibus, vt sic Copticę Ecclesiæ vastitas, & magnificentia demonstraretur; sed iam ad ipsam Aegypti diuisionem progrediamur.

Aegyptus igitur Copticè ⲭⲏⲙⲓ vel ⲭⲁⲙⲓ à Chamo Noemi filio primo eius Colono, Hebræis à filio Chami Mesraim dicta, olim in tres partes diuidebatur, in inferiorem, mediam, & superiorem Aegyptũ Romanis verò subiugata, in Aegyptum propriè dictam, in Thebaidem superiorem, & inferiorem; in Arcadiam, & Augustamnicam; in Lybiam denique superiorem, & inferiorem diuisa fuit. Lybia continet Pentapolim, siue 5. ciuitates. Augustamnica, quasi diceres fluuialis prouincia à Gratiano Imp. nomen inuenit, Arcadia vocatur ea quæ extra △ Lybiam respicit ab vna parte, ab altera Nilo & Heptanomo terminatur. Vide quæ ex professo de diuisione Aegypti tradimus in Oedipo.

Aegy-

Aegyptus prima,siue Delta Alexandriam habet, quæ est metropolis totius Aegypti vertex,vt Marcellinus ait,omnium ciuitatum, sedes artium,& scientiarum. Nam & disciplinarum magistri quodammodo spirant. nudatur ibi radio Geometrico,quicquid reconditum latet. Musicæ præterea,& Astronomiæ peritissima est. Fatorum quoq. vias ostendit, Medicina ita viget, vt vel hoc ipso sufficiat Medico ad commendandam artis authoritatem,si Alexandriæ se dixerit eruditum. ab hac ad Græcos omnis sapientia,vna cum religione profluxit.

De qua ita quoque in antiqua notitia Græca lego (*ex Metropoli Alexandria per omnes pronincias videas omnis generis Philosophos. Quare & cum aliquando certamen inter Aegyptios,& Græcos obortum fuisset, vtris principatus deberetur,argutiores,& perfectiores Aegyptij inuenti sunt,viceruntque, & principatus eis adiudicatus est. Denique impossibile est in quocumque tãdem genere volueris sapientem reperire talem, cuiusmodi Aegyptij sunt. Quare & omnes ij Philosophi,scientiamque literarum adepti, qui ibi morati sunt, præstantiores euaserunt. Neque enim vlli apud eos impostores sunt. Verum singuli sua negotia,per singularem doctrinam,& disciplinã ornantes perficiũt,* Porrò Alexandria sicuti sedes fuit Præfecti Augustalis, cuius munus, & auctoritatem in Codice, Titulo de Officio Præfecti Augustalis descripta vide: ita & Sedes Patriarchalis Christianorum, cuius Antistes Aegyptum vicinam,vt Episcopus,vt Patriarcha demum vniuersam Aegyptum gubernabat tanto cum splendore,& potentia,vt per eum, teste Socrate l.7,Histor.Eccles.cap.13.nonnihil de auctoritate eorum,qui ab Imperatore ad Magistratus gerendos designati erant, detractum esset: Imo & ciuilem dignitatem Ecclesiasticæ addidit Cyrillus. Vide pluribus de hisce tractantem Socratem. Certè in Canonibus Arabicis Concilij Nicæni, qui continentur in Bibliotheca Vaticana : Aethiopem Patriarcham sub potestate eius esse,qui Sedem tenet Alexandrinam, determinatur. Et antiqua Græci Imperij notitia,hos ipsi terminos tribuit;

τρίτος ἁγιώτατος καὶ ἀποστολικὸς θρόνος Ἀλεξανδρέως εὐαγγελιστοῦ καὶ ἀποστόλου Μάρκου, οὗ ἡ κοιμῶσις Πέτρου γεγονότος, ἐκράτει ἕως τῆς ἐσωτέρας Ἰνδίας. καὶ Αἰθιοπίας, θρόνου ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ ἄρχει μαρμαρικῆς, καὶ Ἀφρικῆς, καὶ Τριπόλεως, καὶ πᾶσαν τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἄρχει τῶν ὁρίων παλαιστίνης, τοῦ τε Νότου, καὶ λιβυκοῦ κλίματος ἐκράτει. *Tertius Sanctissimus, & Apostolicus Thronus Alexandriæ Euangelistæ,& Apostoli Marci, qui factus est filius summi Apostolorũ Petri, obtinens fines vsq. ad interiorẽ Indiam,& Aethiopiam, quæ sedes fuit S. Apostoli Thomæ, & inde Marmaricam, Africam, Tripolim, & vni-*

vniuersam Aegyptiorum prouinciam ad Palestinæ vsque fines, Austri, atque Austroafrici climata continens. Præterea apud Alexandrinos, inquit Sozom. solus ciuitatis Episcopus docet, aiunt tamen hanc consuetudinem non prius inoleuisse, quam ex quo Arius Presbyter, de doctrina differens insolitam introduceret. Nouum & illud apud Alexandrinos est, quod Episcopus dum Euangelium recitatur, non assurgat, præter cæterarum Ecclesiarum consuetudinem, additurq. in actis Concilij Chalcedonen. Omnes Aegypti Episcopos ita Patriarchæ detulisse, vt hoc vita functo, quicquam decernere non auderent. Vnde cum his quidam suadere conarentur, vt in Concilio Chalced. epistolæ Leonis Papæ subscriberent, nec non anathema Eutychis, eiusq. erroribus denunciarēt; *Ipsi*, inquit, *dixerunt multos esse in Aegypto Episcopos, seq. non posse absentium personam suscipere, rogaruntq. Concilium, vt expectarent suum Archiepiscopum, quo sicuti mos postulat illius sententiæ morem gererent.* Habuit etiam Alexandrinus Parriarcha ex statutis antiquorum Patrum, & Conciliorum, curam inuestigandæ diei, qua Pascha celebrandum erat, ita Leo Magnus Papa ad Marcianum Augustum c. 64. his verbis: *Studuerunt itaque Sancti Patres occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes, quoniam apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam, quando singuli dies prædictæ solemnitatis euenirent, Sedi Apostolicæ indicaretur, vt huius scriptis ad longinquiores Ecclesias iudicium generaliter percurreret.* Erat & alia consuetudo Patriarcharum Alexandriæ, ille qui defuncto successor erat, excubias agebat super defuncti corpus, manumque dexteram eius capiti suo imponens à sepulto manibus suis accipiebat B. Marci pallium, colloq. suo apponebat, & tunc legitimè sedere censebatur. Sed hæc fusius alibi legi possunt.

Alexandria itaq. prima Aegypti Ciuitas, Copticè Abulfeda ⲣⲁⲕⲟⲧ الاسندريه على شط بحر الروم مدينه الكبيره وراس المصر وبها عامور العواري وطوله نحو ثلثه واربعين ذراعا ✡

Alexandria supra littus maris Romæi sita, ciuitas maxima est, & caput Aegypti, habitationibus, & columnis figuratis 43. cubitorum conspicua. Alexandriæ Antistes subscripsit Concilio Nicæno primo. Timotheus Constantinopolitano primo; & Cyrillus Ephesino, vti ex actis dictorum Conciliorum habetur.

Alre-

Altera Ciuitas est Rassid, Copticè ⲣⲁϣⲓⲧⲉ ✡

رشيث بليدة على شط النيل عن الاسكندرية على مرحلة ✡

Rassith oppidum supra littus Nili ab Alexandria distans ferè vna Margala. Ptolomæus vocat Metelin, vnde eo Nomus Metelites, Italis Rosetto, gaudet iure Episcopali,

Hermopolis parua, Macarius eius Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, Dracontius eius Episcopus nominatur, apud Athanasium in Epistola ad Antiochenses. & Esaias Concil. Chalced. subscripsit, vt habetur ex notitia antiqua Græca.

Sais antiquissima ciuitas; de qua fusè in Oedipo, quæ etiam Sahid dicitur.

صايس او صهيد بليدة بحريه

Sais ciuitas in Aegypto parte, quæ Bechria i. i. maritima dicitur: Episc. iure gaudet, Nam, vt ex notitia habetur Adelphius subscripsit Conc. Ephes. & mentio fit Paphnutij cuiusdam Episcopi Saensis, apud D. Athanasium epist. ad Antiochenses.

Latonæ ciuitas, hodie دروطة *Derute*, Episcopalis. Ioannes Episcopus Latopoleos Concilio Chalcedonensi adfuit: huic vicinæ sunt Naucratis, cuius Episcopi Arpoaration, & Esaias memorantur in Concilijs Nicæn. & Chalcedon., & Andropolis, cuius Episcopus Zoilus, citatus á S. Athanasio epist. ad Antioch.

Nicium نقيوس *NaKius*, vel etiam وعده quam alij confundunt cũ Phua فوه & مصيل Ciuitas est antiqua, Copticè dicta ⲡⲁⲓⲟⲩⲉ vel ⲛⲓⲕⲓⲟⲩⲉ

Pullaminon, eius Antistes subscribit Concilio Chalcedonensi ita Histor. Eccles. Coptitarum.

ⲙⲁⲣⲓⲟⲩⲑⲛⲓⲥ Mareotis, Arabicè مريوط *Mariuth*, olim ⲫⲁⲓⲉⲧ cuius Episcopus Ischyras memoratur apud Socratem lib. 2. c. 16. Hist. Ecclesiast. Episcopales præterea vrbes sunt Onuphis, cuius Episcopus Adelphius interfuit Concilio Chalcedonensi.

ⲧⲁⲩⲃⲁ *Taua*, ciuitas in inferiori Aegypto, cuius Episcopus Isaac

dicto

dicto Concilio subscripsit, dicitur ⲧⲁⲁⲃⲁ, de quo Geographus Arabs

ظوه من مدينة المصر جين درودة ومنفـــا

Taua ciuitas Aegypti inter Derutam, & Monf, sita. cuius Episcopus Agathodæmon apud S. Athanasium memoratur. Est & alia ciuitas huius nominis, Coptè ⲧⲁⲗⲁⲛⲁⲩⲉ inter Pelusium, & Memphim, cuius mentio sit apud Antoninum, Athanasius Thoitarum Episcopus in epistola Episcopnrum Aegypti ad Leonem Imperatorem legitur.

ⲫⲧⲉⲛⲟⲑⲓ *Phtenothi*, in notitia antiqua corruptè *Phineges*; Episcopi iuribus gaudet, eius Episcoporum Heraclij, & Piminuthis acta, vide apud citatum Athanasium.

ⲧⲉⲛⲉⲥⲓⲛⲉ est eadem, quæ ταὶς ciuitas Agypti inferioris, de qua ita Abulfeda

تانيس في خزيرة في وسط بحيـره

Tanis vrbs Aegypti sita in Insula in medio lacu. Olim Episcopali iure gauisam lego; Episcoporum enim Tanensium, siue Taneos, Pauli, & Hermionis sit mentio in actis Concil. Chalcedonensis, & apud S. Athanasium cit. loco.

Nitria ciuitas Aegypti à Nitri ibi prouenientis copia sic dicta, à Mari Rubro quinque Marghelis distans: ita Abulfedà

فطرون بليده خمس مرحلين من قلزم ماها معدن النطرون

Natrum ciuitas quinque Marghelis à Kolzun distans, ibi fodina Nitri. Isidorus Nitriæ Episcopus legitur in Epist. 27. D. Hieron. vnde patet sedem Episcopalem fuisse.

ⲃⲗⲟⲩⲣⲓ Arabicé المورده *Almurade*, Ptolom. *Thmuis*, ad Nilum, Monasterio, & rebus gestis Coptitarum locus clarissimus. Aristobuli huius loci Episcopi in Concilio Ephesino, vti & Serapionis apud Sozomenum lib. 3. cap. 13. fit mentio.

ⲁⲧⲣⲓⲃⲓⲥ Arabicè اذريب *Atrib.* Ptolomæo ⲁⲧⲫⲓⲃⲓⲥ vrbs est istius partis Aegypti, quam Augustamnicam vocant; Episcopalis olim fuit, siquidem Strategius Episcopus Atribidis Augustamnicæ in Concil.

Ephe-

Ephesini actis dicitur. de fundatione huius Vrbis consule Oedipum.

ⲱⲛ Hebraicè אן *On*, Ptolomæo ὄνιον, vti & antiquæ notitiæ, D. Athanasius ἥλιον eã vocat, quam à cultu Solis sic dictam, sequentes etymologiæ testantur. Nam Hebræis inuenio dictam quoque בית שמש *Bethsemas*, ideſt Domus Solis. Arabibus عين الشمس *Ain alschemſe*. ideſt Oculus, siue Fons Solis; Septuaginta Interpr. ἡλιόπολις. de qua ita Abulfeda.

عين الشمس في زماننا رسم وليس بها ديار ويقال انها كانت مدينة فرعون ✡

Ain schems, noſtris temporibus deſtructa habitatione caret, dicitur autem quod fuerit olim ciuitas Pharaonis. Melæ cuiusdam huius vrbis Episcopi in Breuiario Meletij mentio fit.

ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ vel etiam ⲙⲉⲙⲫⲓⲥ Arabicè منف *Monf*, Scala magna Monf, & est Mesra antiqua منف وهي مصر القديمة quæ consonant Itinerario Beniamini, vrbs totius Aegypti antiquissima, & maxima, olim totius religionis sedes, hodie قهرة *Cahira*, Cayrus dicitur; de hac ita Abulfeda.

منف فهي مصر القديمة ومن غربي النيل ولما فتحها عمر وابن العاص حربها ودنى الفسطاط من البر الاخر الشرقي بامر عمر وبمنف اثار عظيمة ✡

Monf, quæ eſt Meſra, ſiue Memphis antiqua, ex parte Occidentali Nili, & & cũ aperiret eã Aaar, & Aben Elaar, deſtructa fuit, ædificataq. Pheſtad, ex altera parte deſerti Orientalis, imperio dicti Amar, & ſunt in ea maximarum antiquitatum veſtigia. Vtrum autem, & quomodo Onium, Heliopolis, Memphis, Babylon. inter se distinguantur dicetur in Oedipo fusius. In antiqua notitia Concilij Nicæni Patribus associatos quoque reperio huius vrbis Episcopos Antiochum, & Cyrum.

ⲥⲓⲟⲩϯ Arabicè اسيوط *Aſiuth*, eadē est ac *Bubaſtus*, quãuis alij eã confundant cum Melech perperam: ⲙⲉⲗⲉⲭ enim Copticè, ea ci-

uitas est, quam Arabes مصيل & فوه, *Masil*, & *Phue* vocant. Malchus Bubasti Episcopus, vnus ex Patribus Concilij Chalcedonen. fuisse legitur. de hac vrbe, eiusq. etymo vide Oedipum.

ⲫⲁⲣⲫⲁⲓⲧ Arabicè فلبيس *Philebes*, Ptolom. ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲟⲥ Episcopalis olim fuit, siquidem Alberion Pharbæthi Episcopus Concilio Nicæno subscripsisse legitur. De huius vrbis etymo, ac religione, vide fusissimè tractatum in Delta Nilotico Oedipi.

ⲥⲟⲩⲁⲛ Arabicè اسوان *Asuan* superioris Thebaidis vrbs est eodem loco sita, quo olim celeberrima Theba ἑκατόμπυλος, de qua ita Abulfeda

واسوان من بر الشرق وهي احرا الصعيد الاعلا وبها اثار قديمه وغير ها ✡

Et Asuan ex parte Orientalis deserti vltima Thebaidis superioris: sunt in ea multa antiquitatis vestigia, & columnæ elaboratæ, & alia huius generis. Episcopalis sedis titulo gauisa olim, nunc vicus tantum supereſt. Apollonius huius loci Episcopus, olim Concilio Constantinopolitano generali quinto interfuisse legitur.

ⲃⲟⲩⲥⲓⲣ Ptolom. βουσίρις Nomus, & vrbs antiquissima, & celeberrima, vicina Onio, dicitur quoque ⲡⲟⲥⲓⲣ quo antiqui Solem indigitabant, vide de ea Oedipum, Arabicè جصير *Basir*, à Basar nepote Cham, vt Aegyptij referunt, fundata. Geographia Arabica ita eam describit

جصير مدينة المصر بها اولايه واثار القديمه

Besar Ciuitas Aegypti, in ea Præfectura, & multa vestigia antiquitatis. Hermeon & Athanasius eius Episcopi leguntur, ille quidem in Breuiario Meletij, hic in Concilio Chalcedonensi, cui subscripsit, huic Ecclesiæ tanquam filia annexa fuisse videtur Cynus, seu κυνόπολις, siquidem eius Episcopi Sergius, & Ptolomæus Concilio Constantinopolitano generali quinto, vti & Chalcedonensi interfuisse leguntur.

ⲭⲱⲓⲥ Coptè idem quod ⲫⲧⲉⲉⲉⲛⲟⲩⲧ Arabicè فشحا

&

& βουῦτος Coptè ⲫⲣⲟⲩⲧⲟ Arabicè درودي *Derute*; sunt vrbes in inferiori Aegypto Nomiquè olim fuerunt, vti & Episcopali iure gaudentes; fit mentio in Concilio Ephesino cuiusdam Marcedonij Episcopi Xoensis, vti & Butensis Episcopi Ammonis in eodem Concilio. Vide librum notitiarũ antiquarũ. Sunt & aliæ Ciuittes vicinæ Sebennythus Phtehmunis, Cabasa, quas omnes olim Nomi titulo & postmodum Episcopali dignitate illustres reperio; in antiqua quoque notitia Græcanica Theopempti Cabassæ; Ammonij Ptehmemunis, & Ausonij Sebennythi Episcoporum mentio fit, qui diuersis Concilijs interfuisse leguntur.

ⲧⲉⲃⲧ Oxyringus, Thebaidis inferioris Nomus, & vrbs; Ptolom. ὀξυρίγχος, Arabicé اخميم *Achmim*. cuius situm & originem vide in Delta Nilotico. In notitia antiqua in Arcadia ponitur, Episcopali sede olim claruit, vti & ex actis Concilij Constantinopolitani patet, cui Dorothæus Episcopus Oxyrinchi subscripsisse legitur.

ⲥⲟⲩⲭⲓ Ptolomæo κροκοδειλόπολις, arabicé أسوان السفيلي *Asuan, Saphili*, id est Suan inferior, aliàs Arsinoe vrbs Thebaidis mediæ est, de quo Geographus supra citatus ita

اخميم بلد كبيره بالصعيد الاوسط من اعلاه فهى عن اسيوط على نحو مرحلتين واخميم من بر الشرق وبها البربه المشهوره وهي من اعظم كل الاوابل ✡

Achmim regio magna in Thebaide media distat ab Asioth superiori ciuitas 2. Marghelis & Achmim in deserto Orientali sita, habet Palatia celebria, & maximis antiquitatibus conspicua est. Episcopãli quoque dignitate olim viguisse Calosirius, & Andreas huius sedis Episcopi testantur, quos Concilio Chalcedonensi interfuisse, acta ipsius demonstrant.

ἀφροδιτοπολις siue Veneris ciuitas, arabicè ابوقير *Abutig* vrbs est e regione Occidentali deserti Nili, vt Abulfeda docet, eius Episcopus Chrysaorius Concilio Chalcedonensi subscripsit.

ⲧⲁⲙⲓⲁⲑⲓⲥ arabicè دمسيس *Damsis*, corruptè in notitia antiqua Tamiata, vnde perperã quidã eam cũ Pelusio, seu moderna Damiata

confundunt, vrbs est Thebaidis inferioris, vicina Insulæ Nili. Tamiathidis antistitem Heraclium Concilio Ephesino subscripsisse reperio. Episcopos autem Pelusienses Dorothæum quidem Concilio Nicæno 1. & Pancratium Syrmiensi subscripsisse. Socr. lib. 2. c. 29. refert.

ⲡⲁⲣⲉⲗⲗⲟⲥ arabicè برلس الرمل *Borles alramel*, id est, arenosa, est & altera huius nominis ciuitas, Coptè ⲕⲓⲕⲉⲙⲟⲩⲥ arabicè برلس *Borles*. quarum prima Episcopali sede gaudet. Paralli enim antistes inter Agypti Præsules in Concilio Chalcedonensi legitur.

Nilopolis, Ptolom. Νειλόπολις, vrbs, & Nomus. Hanc confundunt multi cum Phesdada perperam: Est enim secundum historiam Aegyptiorum فسطاط *Phesstada*, eadem, quæ Misra. Nam ita habetur in Saracenica historia:

جعله هجيره عشرين عمر ابن العاص دور وحزن المدينه المصر
وهي فسطـــــاط ۞

Anno Hegiræ 20. mox cinxit Amrus f. Alasi Ciuitatem Mesra, quæ est Phesstada. dicitur autem Phestada, quod Amri tentorium extensum illic esset, antequam Alexandriam contenderet. Cumque profecturus eo esset, iussit auferri tentorium suum: sed ecce Columba super eo pullos excluserat, dixitque Amrus: Vtique illicitum est nobis occidere mense Muharram, ne mutetis tentorium; sed firmate id propterea, curamq: eius habere iussit præfectos suos. Capta autem Alexandria, & reuersis inde Musulmanis dixerunt, Vbi castra fixit? responderunt; Fustadæ (id est ad Tentorium) vnde & vrbs in hanc diem nomen obtinuit. Vide Historiam Saracen. fol. 20. Porro Nilopolis diuersa à Phestada, etsi vtraq. nõ multum remotę in Insula Nili ponãtur. Fuitq. ante conditam, seu restauratam Phastadam, Episcopali titulo clara: Theonem enim Nilopolitanum Antistitem apud S. Athanasium in Breuiario Meletij, lego; & Eusebium eiusdem Præsulem, Concilio Ephesino subscripsisse reperio in notitia antiqua.

ⲫⲓⲇⲉⲉ arabicè الفيوم *Elphium*, vrbs est adiacens Insulæ Nili, cuius etymon, situm, antiquitatem fusè descripsimus in Delta Nilotico.

λεπ

ⲗⲁⲧⲱⲙ arabicè اسنا *Asna*, Ptolom. Λατοπόλις, siue Latonæ vbs est d plex inferioris & superioris Aegypti.

ⲡⲉⲙⲯⲁⲕⲓ ⲉⲡⲉⲗⲁⲓⲛⲧ arabicè الخمس مدن المغرب ideſt quinq. ciuitates Occiden is. Græcè πενταπόλις, suntq. Barca, Tunetum, Eripolis, Cyrene, Aph ica. In notitia antiqua, Pentapoli apponuntur, Hydrax, Beren ce, Olbia, Sozusa, Arsinoe, quæ ibidem vide.

ⲡⲁⲛⲁϩⲟ *Panaha* arabicè بنها *Banaha* corruptè, vt cætera pleraque, in Codice Conciliorum Aphaneum, corruptius in notitia antiqua Aphtæum, oppidum est vicinum Pelusio Episcopali iure gaudens; Hieraces Aphanæitarum Episcopus in Concilij Ephesini subscriptionibus memoratur.

ⲑⲱⲛⲓ arabicè تونه *Thune*, corruptè in libro notitiarum Tennesus vbs est in Bechria Aegypti, & sedes olim fuit Episcopalis, cuius Episcopum Heronem Chalcedonensi Concilio interfuisse legimus in actis dicti Concilij.

ⲡⲁⲛⲉϥⲥⲓⲥ Ptolom. παιφυσις, cuius & in Oedipo mentionem facimus, vrbs est vicina Alexandriæ versus desertum, à cultu Παὸς sic dicta, antiquissima fuit, & Episcopali dignitate illustris, cuius Episcopi Philippus quidem Nicæno, Ammonius Ephesino Concilio subscrisisse leguntur.

